




**Iohan. Philonii Dvgonis Libri Christianarum institutionum  
quatuor : in quibus ad mores Christo & homine Christiano  
dignos, pacemq[ue] & unitatem ecclesiæ eleganter, erudite,  
modeste? uocantur summi & infini**

<https://hdl.handle.net/1874/421571>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>


**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

**Rariora**


**E. oct.  
288**











Theologia

Octavo n°. 288.


11221

Rariora

E. Oct.  
288

*[Faint, mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mostly illegible due to fading and bleed-through.]*





IOHAN.

PHILONII DVGONIS LI-  
bri Christianarum institutionum quatuor.

In quibus ad mores Christo & homine  
Christiano dignos, pacemq; & uni-  
tatem Ecclesie eleganter, erudi-  
te, modeste uocantur sum-  
mi & infimi.

RVD'BERTVS A MOSHAM  
I. V. doctor Decanus Pataviensis.

Quisq; pura sūt crucifixi dogmata christi  
Hæc legat, & uoti compos, ut optat, erit.

Augustæ Vindelicorū, per Alexan-  
drum Vuellshorn.

M. D. XXXVIII.



Ex dono 



# CLARISSIMO

MO VIRO RVDBERTO A MOSHAM I. V. D.

ctori, Decano Pataviensi atq; consiliario regio-

lohan. Philonius Dugo

S. D.



Ameti haud me latet quam periculose sit alie id temporis uel scribere aliquid uel edere in publicum, ornatissime Rudberte, nolui tamen committere ut iure mecum ceu cum ceruicoso ac praefracto parumque audiente bene consultis tuis exposculares. Prodeunt igitur, id quod mihi et reipub. Christianae foelix faustumque sit, prodeunt, quas tantopere efflagitas, institutiones nostrae hortatu pariter et auspicio tuo, quae utinam tantum commodi afferant pijs et sinceri Christianismi cupientibus lectoribus, quantum tu allaturas ore tam libero praedicas. Certè in hoc scriptae sunt ut prosint, neque alio edite nomine quam ut hi, qui tot ac tam discrepantium inter se factionum laqueis implicantur explicentur et non solum uerbis nudis sed ipsis quoque sint operibus euangelici. Multos enim uideas, quibus Christus in ore Satanas in manibus est, multos, qui euangelica loquuntur et Bacchanalia uiuunt, multos etiam, qui hoc solo Christianismum uenditant, quod papam calumniantur, quod obloquuntur episcopis, quod sacerdotes parum integros traducunt, quod non ieiunant, quod non confitentur peccata, poenitentiam derident, illudant bonis opibus, ritus ecclesiae uel ueteres obliterant uel inducunt nouos, satis esse putantes ad Christianae religionis professionem, si caerimonijs decretisque patrum antiquatis ut lubuerit uixerint. Hos ego et id genus alios (nam haud parum

NVNCVPATORIA.

multos non solum inter plebeios sed inter ipsos quoq; prin-  
 pes ac primores ecclesie uideo, quibus nihil placet nisi no-  
 uum & nimium ab incogitantia ista & ferocitate nimia ad  
 modestiam sanitatemq; reuocare conor, media quadam ince-  
 dens uia, qua uidelicet potissimum ecclesie & dissidium se-  
 dari & parari concordia unitasq; posse uidetur. Caterum  
 non defuturos puto, qui utilitigent. Quis enim satisfecerit o-  
 bus in tanta multitudine doctorum tam diuersa sentientium?  
 Erut igitur tue partes, ut qui adedi huius libri & hortator  
 fuisti nobis & author, idem quoq; sis editi ppugnator &  
 ἀλεξιμαχος. Nos certe curam istam & sarcinam totam tua  
 is imponimus humeris. Vnde & nosse debes, si quid uel ca-  
 lamnie uel periculi ab obrectatoribus imminuerit, statim  
 nos in pulli gallinacei morem sub alas tuas confugituros, que-  
 bus tecti uelut Homericus Teucer ille sub Atacis clypeo se-  
 curi delitescamus. Cateru protinus ut Patavia abiimus uix  
 unam aut alteram hebdomadam domi nostre morati Augu-  
 stam contendimus. Diuertimus ex itinere Landshutam. Ibi  
 quum ex pandocheo salutatu iremus Iohannem Sollingeru  
 illustrissimi ducis nostri Ludouici secretarium, homo candi-  
 dissimis moribus ac perhumanus, humanarumq; litterarum  
 studiosis mire fauens ui nos apud se retinuit, hospitio couiuioq;  
 excepit, litteras preterea commendaticias dedit ad Augu-  
 stam nos quosdam amicos, quorum tamen opera, quod peregre  
 aberant, uti non licuit. Ingressi Augustam primum diem quie-  
 ti dedimus. Postridie obtulimus exemplar examinatoribus  
 (ita uocant) inspiciendum. Est enim senatusconsultum Augu-  
 ste, ut nihil excudatur libroru a Typographis nisi prius  
 inspectum atq; comprobatum a uiris doctissimis ad hoc ne-

## EPISTOLA

gotij destinatis. E quibus duo uelut inter Argonautas Dios-  
 scuri quidam Gercon Sailerus, uir qui arte Chironia Hippo-  
 cratem, facundia Tullium equare possit, & Bonifacius Bole-  
 phardus, cuius in litteris maximè Hebraicis parem hactenus  
 neminem uidi, non solum calculum suum adiecerunt nostro  
 labori & alios in suam traxerunt senectuiam, sed etiam con-  
 silium & opem non tam spondederunt uerbis quàm ipsa re  
 prestiterunt. Pudet referre quantum humanitatis homini ig-  
 noto, paupertino & modis oibus humili exhibuerit utriq;.  
 Certè nisi aliqd gratie quomodocūq; p uiribus olim retule-  
 ro, uerco nec sem ingratus aliquando moriturus, adeo de me  
 & uerbis & factis benè meruerunt. Hec scribere domina-  
 tioni tue uolui, partim ut quomodo succedat consilio tuo coe-  
 pta res partim ut hoc quidquid est operis non tam dicatum  
 tibi q̄ defendendum intelligas. Nam ego neq; cui dicetur dig-  
 norem neq; qui defendat potentio rem te reperio. Quantum  
 & apud Ferdinandum triplicem regem, cuius es à consilijs  
 & apud reuerendissi. episcopum nostrum Ernestum, cui ob  
 fœlix dextrumq; ingenium, singularemq; litterarum linguis  
 rumq; peritiam charissimus es ualeas, haud sum nescius. Reli-  
 quū est, ut si res ita poposcerit, Philonium tuū utriq; cōmen-  
 dare non cesses. Subtimeo etenim ne alicubi stylo sim usus q̄  
 par est acerbiore, id qd, ipsum Christum uisitor, neq; consue-  
 tudinis est meae neq; naturae, qui ab omni acerbitate & ama-  
 rulentia linguae calamiq; si quis alius, abhorreo. Verum trās-  
 uersum egit ac perpulit me huc audaciae quum calor nescio  
 quis & leuitas iuuenilis (insunt. n. quae scripsi admodū ados-  
 lescens) tū cōmunis huius & plusq; immodica licentia seculi,  
 quo nemini nō nihil non licere uideo. Neq; defuerunt, qui in



geniū sedatū alioq atq; quietū facib. instigarēt ac pmissis mag  
 nificis & mōtib. qd' aūt, aureis extimularēt ad scriptiōnē  
 tā immodicē liberā. Vnde si quē forte fortuna audacia nostra  
 offēderit, is memisse debet parcemīe, quæ τῶν πρῶτον πείρω  
 σὺν γυῶν ἢ ἄλλω pollicetur, simulq; cogitare, qd' cū deceat, q' p  
 fectiōnē docet euāgelicā, quāq; nō ita me calamo abusū reor ut  
 qdlibet ī quēlibet scribā et populos ī p̄cipes, p̄cipes in epi  
 scopos incēdā et icitē, quēadmodū pleriq;, q' sub specie pieta  
 tis totū orbē dissidijs replent atq; tumulabūs. Hoc dico, nisi  
 et principes et episcopi pastoresq; Christiani modestie stude  
 āt, offendicula tollāt, ad multa cōiueāt, nōnihil quoq; de suo  
 iure decedere patiātur, inter tot ac tā diuersos factiōnes et se  
 ctas nūq; ecclesie pacē unitatēq; coiturā. Ego tamen posthac  
 stylū ita moderabor, ut si fieri potest neminē offēdā, licet nō  
 dū etiā nū edito libro sim expt, q' obseruantiā meam  
 & reuerentiā in episcopos ac principes calumnientur et adu  
 lationis noiē suggillent, adeō nōnulli p factiōnū uarietate affi  
 ciuntur uariē. Audeant alij, disputēt, argumētentur & eccle  
 siā Christi quolibet modo uel nouā extruant uel resarciant ue  
 terē. Mihi satis ē, si sumos & īfimos, et eos maximē, qui ou  
 libus dominicis p̄sunt p uirili ad mores Christo et homine  
 Christiano dignos exhorter. Non. n. est, meo iudicio, qd' tātū  
 afferat momēti uel alēdē uel cōponēdē unitati ecclesiasticę q̄  
 si ipsi pastores atq; doctores ecclesiastici non tā uerbis et ar  
 gumētis q' factis et exemplis populos docuerint. Verū de his  
 corā tecū ppediē susius. Tu interim uale et uiro magnifico et  
 haud uulgariter erudito Iohanni Schretingero sacre theolo  
 gie doctori nominatim uerbis meis dicitō salutem. Augustæ  
 Vindellicorum. Pridie Calen. Iunij. Anno à partu uirginico.  
 M. D. XXXVIII.

IN QVATVOR CHRISTIANARVM IN  
 stitutionum libros index historiarum, apoph-  
 thegmatum, sententiarumq; breuiorum  
 tumultuarius.

Adolescens Atarnites.	fol.	27
Adolescentes hortandi ad sectandos eloquentiæ magistros.		39
Adolescente pigro nihil turpius.		89
Ad pauperum lapsus conuiuendum		125
Aduenæ sumus & peregrini in his terris.		89
Auersæ res pietatem docent.		17
Aedes sacræ cur fulminibus tanguntur?		102
Aegyptios uirtute & sapientia quondam claruisse		143
Aegyptiorum conuiuialis mos.		143
Aetas longa prudentiam conciliat.		12
Afflictiones gloriam suam putabit homo Christia- nus.		144
Agathon monachus.		54
Agnoscere peccata est aliquid.		59
Alia suis Christus, alia mūdus decreta præscribit.		17
Alberti Bauariæ ducis apophthegma peregās		14
Alexander Macedo.		18
Alexander munificus in Xenocratem.		137
Alij mores ethnico, alij Christiano conueniunt.		32
Aliud regimen mundi aliud ecclesiæ		32
Alteri nocens, ipse sibi nocet.		49
Alio ore coturnix, alio psitacus loquitur.		115
Alius alio errore delinquit.		125
Aliud leges mundi, aliud euangelium sonare.		137
Aliud Christus præcipit, aliud statuunt principes terræ.		137
Aliud Christus præcipit, aliud mundus.		143
Amor muliebris moratur cœlestis regni cupidos.		11

INDEX

Amator mulieris amator Christi esse non potest.	11
Amici non sunt omnes qui uidentur.	61
Amicitie titulo parasiti non pauci teguntur.	61
Amicitia fida sit & constans.	61
Amicitiae imago.	61
Amicus munus diuinum.	62
Amicus thesaurus incomparabilis.	62
Amicus in periculis clarescit.	62
Amici aspectu nihil iucundius in aduersis rebus.	62
Amici sumus & fratres omnes in Christo.	62
Amasis rex Aegyptius.	95
Ambrosius Alexandrinus.	105
Ambra & Mosthus plerisque putent.	123
Animus armandus patientia.	4
Animans doli plena mulier.	10
Animi bona cum animo immortalia.	81
Animus humanus quid?	81
Animus a corpore separatus nudus in se ostendit quidquid uel boni uel mali in hac uita peregerit.	81
Annosa arbor raro foeliciter transplantabitur.	87
Anatharsis philosophi dictum de legibus.	134
Antonij dictum.	40
Antonij oratoris facundia.	39
Apelles pictor.	18
Apologi & fabulae ingeniose confictae non spernen dae	86
Apud deum quis iustum se esse gloriabitur?	125
Aquam cribro haurire.	142
Artifex ex operibus cognoscitur.	2
Arcana diuina non curiose peruestiganda.	6
Arma Christianorum.	14
Aristotelis adolescentis luxus.	16
Artem optime docet, qui optime didicit.	18



## INDEX

Artis typographicę inuentor.	21
Arbitrium nostrum quatenus liberum.	34
Ars dicendi non pluris habenda q̄m tacendi.	54
Arcefilai in Apellem liberalitas tempeſtiua.	61
Areta.	65
Arborem in quod latus declinare cupis flectendus est furculus.	87
Argumentū inhabitantis in hoīe ſpiritus ſācti.	94
Antisthenes phīs ex magiſtro diſcipulus factus.	80
Aſtologi notānt ut mendaces et parū Chriani.	127
Athenodorus philoſophus.	22
Atrocitatis multos poenituit clemētię nullos.	90
Auceps ab urſo circumuentus.	8
Aurum et potentia non addunt ſcientiam.	18
Auguſti inſtitutum rarum.	24
Aurum non eſt quidquid fulget.	30
Auſtrum floribus immittere.	67
Auxentius Ariānarum partiū promachus.	79
Audenti deus opitulatur.	89
Aurū nō ornat ſed ſœdat Chriſtianum corpus.	125
Auaritia principum.	135
Babylas martyr.	33 & 125
Babytaççi aurum auerſantes.	105
Baptiſmi uota exoluenda.	2
Baptiſmus quid.	143
Baptiſmus initium Chriſtianę militię.	143
Barchochabas flammiuſomus.	106
Barrabas Iudam prodicionis condemnat.	125
Bellum contrarium religioni Chriſtianę.	13 67
Bellare quid.	13
Bellici iuris author Satanas.	14
Behemothus nobis expugnandus.	37
Benefaciedum Chriſtianis.	5
Benè uiuendi cura non in ſenium differenda.	6

INDEX

Benefactis nostris non plus equo sanendum.	34
Benefac et time.	35
Bestia uerticulor & multiformis, uoluptas.	66
Basilij Magni xenodochium.	101
Bilhelmus dux Bauriæ Captionē euocauit in urb bis cuiusdam obsidione.	82
Breuis uoluptas ppetuis cōmutatur cruciatib.	59
Bonosus imperator bibax.	28
Bonum opus nullum sine mercede, peccatū nullū sine pœna.	35
Bonum censendum quid?	44
Bonū unicū & uerū hominis est diuina gratia.	45
Bona opera non carebunt sua mercede.	45
Bona opera mortua sunt nisi fide animentur.	45
Bonū non est quidq̄d homo citra fidem egerit.	45
Bono pastore nihil melius.	53
Bonus pastor qui?	53
Bonis et paucis placuisse satius est quam multis & malis.	53
Bonis terrenis pariter & cœlestib. nemo excellit.	78
Bona mūdi nō psūt, mala nō obsūt Christianis.	71
Bona mundi obsunt, mala profunt Chriānis.	78
Bona temporaria cum largitore partienda.	65
Bona terrena quo auctiora hoc ad interitum pro cliuiora.	97
Bona probo, mala non laudo.	108
Bona mūdi Reguli istar solo aspectu iuterimūt.	118
Bonus malum, iustus iniustum emendet.	125
Bona terrena oneri sunt ituris in cœlum.	95
Bonas horas qui optimē, collocat.	148
Candide uestis dandē mos in baptismo.	65
Caduea & anceps humana omnis excellentia.	120
Gambyses rex persarum	124
Catonis dictum festiuum in supstitiosū quēdā.	126

INDEX.

Catilina Cethegum reum agit.	131.
Carne et uino abstinebant Christiani quondam in quadragesimę ieiunio.	109.
Carne uesci pōt Christianus in quadragesima gratijs actis, si poscat necessitas.	109
Cęsarij testamentum.	104
Calamitates populorū circa leges defectū arguūt.	98
Capadoces oblatā a Ro. libertatē repudianerūt.	98
Causa deprauandi generis humani.	88
Cato gręcas literas didicit senex.	81
Callimachi epigrama.	27
Calamitosi cōtumeliosē tractatis irritat ira diui.	25
Calamitosi et pauperes in tutela dei sunt.	25
Castē tractanda scriptura diuina.	51
Carbonarijs quid cum balneo ?	68
Carnis abstinentia non mala :	66
Cęsari reddenda, q̄ sunt cęsaris quō intelligatur.	141
C. Marius.	26
Cedendum infirmis :	33
Certa esse promissa diuina.	15
Carramen est uita nostra.	33
Celci ciues.	7
Cereris ad asylum confugere :	108
Certa sequi cupientes ueteres ecclesię doctores consulant.	114
Christidoctrina omnibus disciplinis et legibus humanis antepōnenda.	2
Christiani est Christianē uiuere.	2
Christianum nerum agereres rara.	3
Chremylus Aristophanicus.	4
Christiani est benefacere.	5
Christianis omnia communia pręter uxores.	5
Christianis Christiana mors congruit.	7
Christo et mundo simul placere non possibile.	4



INDEX

Christianis nō plus nimio īdulgendū stomacho.	8
Christiani hominis gnorissima charitas.	9
Christiani est ignoscere delinquentibus.	9
Christiani nothi et spurij.	9
Christianorum arma.	4
Christi phia diuersa docet à cōstitutionib' mūdi.	17
Christianus uerus.	25
Christi uerba habent in se aliquid amuleti.	23
Christianum arguit patientia.	26
Christiani principes ministri non domini.	35
Christianū bonū agere et simul mūdi p̄cipē diff.	33
Christi p̄cepta seruata sola Christianum & faciunt & seruant.	37
Christi uestigia sequi non omnibus datum.	37
Christ. satius nō cognouisse q̄ cōtēnere cognitū	45
Christo facit qui proximo facit iniuriam.	49
Christi p̄cepta omnia ex equo pertinere ad oēs.	69
Christiana religio personas non accipit.	69
Christianorum opes uictus & amictus.	71
Christianis nō obsunt mala mundi neq; bona profunt, sed contra ꝛc.	71
Christianus neq; p̄stare debet subditus neq; p̄iceps exigere pietati contraria	72
Christianum bonum agere & esse implicatum neq; gorijs mundi impossibile.	72
Christianus fugere debet conuictū popularem.	72
Christianus passis iniurijs gaudet	72
Christi seruus non cogitabit ultionem.	75
Christus œconomus constituendus.	75
Christus protector.	75
Christo tutius fidimus q̄ omb. mūdi p̄cipib.	65
Christus uindex.	65
Christus h̄eres scribendus.	65

## INDEX.

Christi præcepta cū legibꝫ mūdi parū cōueniūt.	67
Christus ex æquo pro omnibus natus, passus, mortuus.	54
Christianus Christum sequatur.	59
Christianum fieri bonum citra educationem Christianam difficile.	90
Christianis scuto magis opus q̄ gladio.	95
Christiani uicti uincunt.	95
Chrysostomo mulieris congressus obiectus.	110
Christi doctrina sola beat.	114
Christus suis non delicias in hoc mūdo sed afflictiones prædixit.	115
Christus uia.	119
Christianus nō plus nimio formidet Satanam.	126
Cristianismꝫ legibꝫ humanis impeditꝫ et captꝫ.	129
Christus gregem suum non deserit.	132
Christiani uiuūt iuxta p̄scriptū p̄ceptorū Christi.	(136
Christianorū peculiare symbolum charitas.	137
Christi seruus mundo non placebit.	137
Cristianus Christiano nihil debet præter charitatem fraternam.	141
Christianis q̄ præsumunt non domini sed ministri esse debent.	141
Christiano iugis memoria esse debet baptismi & mortis.	143
Charitas fraterna alenda quouis modo.	95
Christianus quæstionum sublimium & subtilium non curiosus.	146
Christus nō subtiliter & plausibiliter disputare sed piè & Christianè uiuere docet.	146
Christiano nihil periculosus cōtactu populari.	147
Christianus i mundo sine mudo debet uiuere.	147
Christianè uiuēdū nobis aut impiè moriēdnm.	148

INDEX.

Ciues boni & frugi fiunt non nascuntur.	20
Cinis idem sumus omnes.	68
Ciuitas Christiana.	99
Simon Atheniensis.	104
Citra ecclesie iussum nihil noui mouendū.	111
Cleopatre sponso cū Antonio.	9
Clementie commendatio.	91
Clementia principibus congruit.	91
Claudij Cæsaris edictum.	119
Clementiores esse debemus in pauperes delinquentes q̄ diuites.	124
Commoto animo nihil recte fit.	25
Consultor fidus & eruditus thesaurus incomparabilis.	24
Conuitia non decet Christianum.	25
Conuictijs incescere uolens aliquem liber sit à uictijs.	26
Cōnubij imparis incōmoda.	27
Connubiū bonum quidem est &c.	27
Cœlū nemo suis meritis ascendit.	45
Cœlū nullius hoīs meritis debet q̄libet sancti.	45
Consules & senatores popinarij.	58
Cōfessionis nocturne commendatio.	60
Confessionis scopus, ut homo fiat melior.	60
Corinthiaco lacte aluntur principes mundi.	70
Cœlestib. ac terrenis bonis nemo simul excellit.	71
Coronā glorię nemo sãctorū delicias emeruit.	71
Cōscientia peccatorū codex.	72
Corpus q̄ dedit, corpori q̄q̄ necessaria p̄uidebit.	73
Corpus unum sumus omnes corporis Christi participes.	62
Cœlū sperās terrę renunciet oportet.	89
Cōsuetudo diuturna in naturam abit.	82
Corpori Christi uacādum.	104



INDEX.

Critolai libra.	44
Crates philosophus.	56
Cruore humano uictitant potentes mundi.	70
Cultus muliebris elegantior pudicitiam uenalem indicat.	11
Cultum uestiū exquisitū parū cōgruere Christ.	19
Cupiditati statuendus modus.	49
Currus bouem trahit.	94
Cultus corporis exquisitior morum leuitatem, stultitiamq; arguit.	121
Cultus meretricius prostituti corporis index.	122
Corpus ornatum inornati animi symbolum.	121
Constantinus Imperator iudicium ciuiliū senten- tias pendere uoluit et imperfectas esse, permisit q; prouocationem ad episcopos.	137
Cupiditatis numarię et abolēde pietatis authores præcipui principes Christiani.	138
Cœlibatū præcipere res impendio periculosa.	110
Cœlibatum prætulerūt multi matrimonio.	110
Cœlibatum non uetat Paulus.	110
Cœlestia bona cū terrenis nihil habēt cōsortij.	79
Darius aperiens monumentum Semiramidis, pe- cuniarum gratia.	32
Darij Hylaspis filij epitaphium.	58
Dæmonas ingredi corpora humana.	67
Demonas fugat ieiunium.	67
Decius imperator.	33
Dei donum est quidquid cum uirtute uel dicimus uel agimus.	34
Deus iniuria pressorum uindex.	48
Deus mitis in mites, in atroces atrox.	48
Deploratio seculi nostri.	42
Debitorem Christum qui habet, felix.	63
Delicians nemo glorię coronā emeruit.	78

INDEX.

Decernere multa et obseruare nihil, parum con-	75
ducit.	
Deo sine, deficit uis omnis humana.	54
Deus non respicit personas.	85
Deus ciuilem et sobriū hominū cōuictū nō auer-	
tur.	86
Desidia doctore non eget.	89
Deo dicatum in usus profanos uerti non debet.	93
Deo fidendū, non opibus.	95
Desertos à Christo maligni spiritus circūsiūt.	98
Demodoci scōma in Milesios.	112
Delio naratore opus esse in tanto dogmatistarum	
diffidio.	114
Dei uoluntate siūt omnia.	114
Deus per hos tumultus traducere uoluit indiligen-	
tiam pontificum.	114
Deus nullis clementior q̄ calamitosis.	116
Deus uel diuites facere potest uel inopies.	122
Deus non fallitur.	124
Disciplina ecclesiastica funditus periit.	131
Diabolus terrena suos felicitate inebriat.	138
Didactron indocti magistri.	18
Discit nihil, qui discendo non fit melior.	25
Diuitias undecunq; corradere turpe principib.	32
Diogenis factū memorabile.	40
Dicere haud nouit, qui tacere nescit.	54
Discipuli est auribus uti nō lingua.	54
Difficile potentiam spernere.	69
Difficile in magna peccādi licētia nō peccare.	71
Dispensator Christus constituēdis.	73
Discere uel serō melius q̄ nuncq;.	81
Diuitiē incerte et instabiles.	81
Diuitiē spinosæ et plenæ curarum aculeis.	95
Diuites ualde, non esse bonus.	96

INDEX.

- Diuidiarum studium non conuenit laico Christia-  
 no, quanto minus episcopo. 111  
 Diabolus coram neminem fere aggreditur. 144  
 Diuitias parare citra malum proximi, difficile. 122  
 Diuites inexcusare peccant. 122  
 Discrimen inter primitiuam & nostratem eccle-  
 siam. 125  
 Diabolus Christi speciem induit hodie. 144  
 Doctrina Christi omnibus disciplinis & legibus  
 humanis anteponenda. 1  
 Doli plena animans mulier. 10  
 Dominetur mulier uirum. 10  
 Doctum iudoctus ne doceat. 15  
 Docebit optimè, qui optimè didicit. 19  
 Docti uerè qui. 24  
 Domini non esse debent sed ministri Christiani  
 principes. 33  
 Docebit non benè alios, qui non prius docuerit se  
 ipsum. 42  
 Doctoris peccatum peccandi audaciam facit disci-  
 pulis. 52  
 Doctoris ecclesiastici officium. 79  
 Dona dei ad dei gloriam dispensanda. 105  
 Doctrina Christi sapientia Christianorum. 113  
 Doctrina Christi pura in tanta schismaticorum &  
 hereticorum colluue inuentu difficilis. 114  
 Doctores ecclesie ueteres consulendi. 114  
 Duplicata uirtus simplice præstantior. 62  
 Ducem strenuum nemo non strenuè sequitur. 100  
 Doctoribus ecclesie uictus necessarius assatum mi-  
 nistrandus. 118  
 Ebrius neq; inter uiuos neq; inter mortuos nume-  
 randus. 53  
 Ebrietate Satane nihil gratius. 53  
 Ebrietas



INDEX:

Ebrietas in laicis foeda, in sacerdotibus intolerabilis.	31
Ecclesiae thesauros pauperum esse.	63
Ecclesia Christi una est.	69
Ecclesia quid?	75
Ecclesiae caput & gubernator Christus.	75
Ecclesia corrumpitur uiciato decretis humanis uerbo diuino.	76
Ecclesiae primores plerique ebrii nimia sapientia	77
Ecclesia inops hodie institutionis Christianae.	107
Ecclesiam errare posse in his terris militantem.	106
Ecclesiae errata corrigenda esse sine tumultu, quae sine tumultu ferri diutius non possunt.	111
Ecclesia nuncq̄ lolio caruit.	111
Ecclesiae calamitatem atq̄ dissidium deplorat.	113
Ecclesiam regi ab ipso Christo.	114
Educatio liberorum.	87 92
Educatio diuersa diuersos mores producit.	92
Educatione recta nihil rarius.	92
Electio episcoporum apud ueteres.	128
Eleganter uestitus parum eruditus.	15
Epigramma Callimachi.	27
Episcopis non conuenire bella.	29
Episcopos tales habemus, quales meremur	30
Eloquentia uera quid?	39
Eloquentiae laus.	39
Episcopi non est regnare in hoc mundo, sed ministrare.	43
Episcopi quur pedum gestent?	43
Epictetus philosophus.	52
Est aliquid agnoscere peccata.	59
Epitaphium Similis.	12
Ephesiorum decretum.	107
Episcopi dent operam Christi praecipis custodien	

INDEX.

dis non ingerendis suis.	110
Emitur hodie pastoralis functio.	129
Episcopos in ordinē rectigere non esse cuiusuis.	132
Episcopus qualis esse debeat.	133
Episcopoy id esse debet ecclesiæ qd' oculus corpori.	(134)
Episcopi nobis dantur pro meritis nostris.	145
Eruditio multū hominis addit homini.	20
Eruditione p̄stare debet, q̄ præstat potestate.	24
Eruditionis laus.	50
Eruditio nuncq̄ possessorem suum deserit.	51
Eruditio doctoris ex discipulorum profectu conicetanda.	52
Errare non potest, cuius dux sit ueritas.	99
Errata hominum quædam ferenda ut Christi gratiam emereamur.	125
Euangelica perfectio ad omnes pertinet.	3
Eupolis Nicię filius.	6
Euadgelico profectui nihil tam obstat q̄p̄ doctores inepti.	100
Euangelium iacet id temporis.	112
Exactiones immodicę tyrannidem sapiunt.	32
Ethnico aliq̄ mores aliq̄ Christiano conuenire.	32
Exempla potiora rationibus ad erudiendos homines.	42
Extra nidum pennas extendere.	94
Extra ecclesiām nulla salus.	132
Exhortatio ad capeßendam rempub. Christianā.	111
Expendendum quid sit pascere oues Christi.	133
Fauendum non plus æquo benefactis nostris.	34
Fauendum non plus æquo uirtutibus et opibus nostris.	45

INDEX

Fallunt, qui uendunt, falluntur qui emunt gratiam diuinam.	46
Fauor principum res lubrica.	70
Facta militum imperatoribus ascribuntur.	70
Fatuitatis extremæ est, hominem dedita opera stu- dere stultitiæ.	92
Fatui fatuis delectantur.	92
Fœlicitatis germanæ studio principes opera dan- da.	1
Fœlix esse nemo non cupit.	1
Fœlicitate terrena suos diabolus inebriat.	3
Fœlicitas mundana cœlestis obliuionem parit.	17
Fœlicitas humana pendet à gratia diuina.	24
Fœlicissimi qui?	39
Fœlicitas mundana fallax & suspecta sectatoribus Christi.	116
Fœlicitas mundana multos habet insidiatores.	93
Fœlicitas uera uirtutibus paratur, non uicijs.	96
Fœlicitatis germanæ nihil quærendum in rebus fluxis,	96
Fœlicitas nostra Christus est.	98
Fœlix populus.	98
Fœlicitati humanæ non plus nimio fidendum.	(121
Fides actuosa.	20
Fidei salus & iustificatio refertur accepta.	(20
Fiunt, non nascuntur ciues frugi & boni.	20
Fidus consultor res rara.	24
Fide animanda sunt opera.	45
Fidem citra, quidquid egerit homo boni, bonum non est.	(45
Fide deus quærendus non ratione,	6



INDEX.

Fide sola seruamur.	6
Fides reuera mater gratiæ.	45
Fides panoplia nostra.	35
Fortunatiùs agunt mali, boni contra.	3
Fortunæ aduersæ plæricq; maiores q̄ secundæ de-	
bent gratias.	16
Fortuna populi sequitur uel sapientiam principis	
uel amentiam.	24
Fortunæ incommoda non uertenda cuiq; uitio.	25
Foris Samueles, domi Simones aut Sardanapali.	
	(76
Forma uiuendi nulla tutior q̄ uita atq; doctrina	
Christi.	95
Fortuna, quæ temeritate munera sua largitur, eadem	
& aufert.	97
Formæ studium parum congruere Christianis.	84
Fortuna mortalium eodem stare uestigio nescit &c.	
	(121
Fœmina compta esca diaboli.	122
Fœminino oculo nihil acutius.	122
Fœminino conuictu nihil periculofius.	122
Fœmina quanto pulchrior tanto perniciofior.	123
Forma Christianè uiuendi.	143
Frustra sapit, qui impiè uixerit.	24
Fructus laborum & studiorum omnium debet esse	
pietas.	20
Fragile est quidquid humanum.	45
Fratres & amici sumus omnes in Christo.	62
Fragilitas rerum humanarum.	120
Frustra gloriantur Christi fide qui non sunt in Chri	
sti ecclesia.	133
Fuluix in Ciceronem occisum crudelitas.	8
Futiles notantur.	35
Fucare faciem non Christiani est.	34

INDEX

Furor est præferre dubia certis.	98
Fuga mundi.	118
Fucus lupas & meretrices decet. &c.	122
Fœdum coepto fœdum exitu.	129
Functio periculosa pascendi oves Christi.	132
Fugere pericula non est fortium sed infirmorum.	(118)
Fuga multos periculis eximit.	118
Functio pastoralis quales viros requirat.	34
Gnorisma Christiani hominis charitas.	9
Galactophagus Corinthius.	19
Garruli notantur.	55
Genus humanum sua sponte pronum ad malum.	(90)
Gloria & uirtus germanæ sorores.	50
Gloria illustris non citra insignē uirtutē parat.	50
Gloria uirtute paratur.	50
Gloriandum proprijs uirtutibus non alienis.	68
Gloriandum non diuitijs quolibet modo partis sed in cruce domini &c.	145
Gratia dei sola hominis uerum & unicū bonum.	45
Gratiam diuinam qui uendunt fallunt, qui emunt falluntur.	46
Gratia cœlestis perditur, non paratur pecunia.	(129)
Gulæ uitiū notatur.	58
Gymnosophistarum mos in erudiendis discipulis.	(19)
Hadrianus cæsar.	94
Haud parui refert quo quis pacto à puero instituat tur.	92
Hæres scribendus, Christus.	65
Hedona.	62

INDEX.

Herculis fictio.	8
Hermæ locus de ieiunio.	109
Haud omnes inuisi deo, quos mūdus ærumnis oneratur.	117
Hiero tyrannus.	5
Hiarbitas Maurus.	99
Hilarius Arclatensis episcopus beneficus in pauperes.	104
Homo ad benefaciendum natus.	5
Homine nihil fragilius.	6
Homo bulla.	6
Honestum uxori præponatur.	11
Homines militares parum Christiani.	13
Homo ablata mente & ratione bestia est.	23
Hortandi adolescentes ad sectandos eloquentiæ magistros.	39
Hominis nullius meritis cœlum debetur.	45
Humanis uiribus parum fidendum.	45
Homo non potest non peccare &c.	59
Honoris ambitio.	67
Homo excusare mauult quàm confiteri peccata.	95
Homines ineruditi quo plus possunt, hoc sunt nocentiores.	90
Hospitalitas episcoporum propria esse debet.	109
Hominem se esse nescire magnæ stultitiæ est.	120
Homo est homo, hoc est terra, cinis, fumus, bulla &c.	136
Hostis triplex expugnandus Christianis.	144
Homo incertæ & uariabilis conditionis est quam diu uiuit.	95
Humana uita comparatur circulo.	121
Humana perfectio omnis imperis secta.	87

INDEX

Hortatur episcopos ad unitatem ecclesie.	111
Ignaris magistro opus est.	1
Ignoscere delinquentibus Christianorum est.	9
Idem lutum sumus, idem cinis omnes.	68
Ita uiuendum nobis q̄si crastino simus morituri.	6
Ira muliere nihil iracius.	8
Indoctus doctum ne doceat.	18
Interest aliquid inter uerba et opera.	20
Iohannes Gutenbergius inuentor typogra- phice.	21
Iracundi submouendi à rebus gerendis.	22
Ire mala.	22
Ire pedissequa pœnitentia.	22
Ire opponenda patientia.	23
Incommoda fortunæ non uertenda cuiquam uitio.	25
Impatientia symbolum inhabitantis in homine maligni spiritus.	26
Iudicia dei occulta.	46. 146
Indulgentiarum notantur.	46
Ixion	50
Ieiunium demonas fugat.	67
Ieiunium.	67
Iudicia forensia parum Christiana.	72
Incredulitas malum omnium pessimum.	73
Indignus est bonis qui largitori bonorum ingra- tus est.	74
Inscitie confessio gradus primus ad erudicio- nem.	81
Impunitate scelerum reddimur ad peccandum pro- niores.	90
Index hominis gratia uacui dinina.	94
Inter sacrum & profanum nihil nunc habetur discriminis.	95



INDEX.

In arenam edificare.	101
ieiunium non in perniciem institutum sed in salutem.	109
ieiunij commendatio.	109
Insignes insigniter delinquunt.	119
Iustitia omnis iniusta citra fidem.	123
Iustitia uirtutum regina.	124
Iustitia iudicibus peculiariter ueneranda.	124
Iudices citra iustitiam latrones putandi.	124
Iudicis officium.	124
Iustitię rigor humanitatis lenitudine miscenda.	124
Iudex Christianus misericordię cultor esse debet.	125
Iustitia orbata comitatu misericordię, uirtutis nomine orbatur.	125
Iudicem agere res periculosa Christiano.	125
Iudas ut Barrabam cędis condemnet fas non est.	125
Iustus sit in primis, qui aliorum sit iniustitiam puniturus.	125
Iustus nemo sine misericordia dei esse potest.	125
Iudicij terror conuenit malicia destinata peccantibus.	125
Iudicibus ob oculos uersetur iudex omnium Christus.	125
Iudices numarij.	125
Impostoris est, non pastoris suadere alijs quod ipse non feceris.	133
In medietate ecclesię iam regnat Sathanas.	134
Iniuria ferenda.	146
Iudicij non delirigandum cum fratribus.	146

I O D E X

In re nulla gloriandum.	8
Iusti ruere possunt per secordiam,	
etc.	146
Laborum & studiorum omnium fructus debes	
esse pietas.	25
Labore uirtus, uirtute gloria paratur.	50
Leonis Bizantijs scomma in conuitiatore gibbes	
urosom.	25
Leges tres Christiano necessa	
rie.	65
Legum bonitate, non multitudine salus	
paratur	65
Lex Amasidis regis.	98
Leges Christianorum præcepta Christi.	99
Legislatoris optimi officium.	96
Legum finis et fructus.	96
Leges ethnicorum non omnes auersandæ.	99
Leges ethnicorum ad amussim euangelicam corris	
gende.	99
Leonardi Stœgri scomma festiuum.	101
Leges ad pauperum lapsus ualent &c.	135
Leges populis, opes legibus imperant.	135
Leges humanas parum conuenire	
Christianis.	137
Liber sit a uitijs, qui aliquem uelit incessere con	
uitijs.	25
Ligandi potestas.	43
Liberi sunt regum filij quomodo intelligatur?	141
Lingua erudienda impensius ceteris	
membris.	54
Lingue mala & bona.	55
Lingua frenanda fide & religione Christi.	56
Lingua Hebraica, Græca & Latina tenenda con	
summato theologo.	

INDEX.

Litterarum sacrarum laus.	91
Libertas non omnibus utilis.	93
Libertas summa seruire Christo.	90
Licinius Valerianus.	120
Licentia cultus muliebris coercenda.	123
Locus uiuendi aptus deligeudus Christiano.	49.96
Lolio nunquam caruit ecclesia.	111
Ludus literarum præcipuus thesaurus in Repub. Christiana.	20
Lucilij epigramma.	84
L. Neratius.	87
Luxus ædium sacrarum notatur.	102
Magistri ipsis operibus præcludere debent discipu- lis.	41
Magistri quales, tales discipuli.	42
Magistros multos habet, qui ædificat in publico.	75
Mandata dei mandatis hominum antese- renda.	2
Mandata dei custodienda.	99
Mali fortunatius agunt.	3
Matronę frugi officium.	11
M. Antonij facundia.	59
Mala non rependenda malis.	49
Marsupio studere & nosse diuina mysteria non est eiusdem hominis.	52
Multa uerba paucę sapientię præferunt inditium.	54
Mala non habere comperta sed facere malum est.	56
Malitię magistro non est opus.	58
Malę quęsita, malę pereunt.	102

# INDEX

Matrimonium sacerdotale.	109
Matrimonium contrahere præstat quæ fornicari.	111
Mali principij malus finis.	189
Maxime peccant maximi.	119
Merelli scõma in nuptias.	26
Mercatores non apti ad amicitiam colendam.	61
Mereamur quod?	35
Mercatores citra periurium & mendacium uiuere nequeunt.	76
Mercatores mundi notantur.	117
Morienti omnia relinquenda.	5
Morte nihil certius.	6
Mores mulierum.	11
Mos Gymnosophistarum.	19
Monarchæ boni officium.	28
Mortalium non plures maris quæ uini fluctibus perirent.	19
Modus est modus.	33
Mortalem in mortalia sapere perdifficile.	36
Mores alij ethnico, alij Christiano conueniunt.	53
Morerius.	47
Mortis contemplatio auertit animum a uoluptatibus.	59
Mos dandæ uestis candidæ in baptismo.	65
Monarchæ & reges ordinis postremi in ecclesiis.	70
Mortis nemo expers.	6
Mors communis omnibus.	76
Mors speciosissima, quæ pro Christo subitur.	76
Momum agere in dominos terræ.	78
Mores populorum componuntur ad mores gubernantium.	110



INDEX

Modus, quo quis in tanto doctorum dissidio seruetur.	114
Mos statuendi imaginem Christi crucifixi aut eidicem.	125
Monarcharum vita uiuendi regula subditis.	140
Mos cōiualis apud Aegyptios.	143
Monasteriorum origo.	147
Monachorum sanctissimus habetur qui pinguis mus.	147
Monachorū contentio de primatu sanctimonix.	147
Militum facta imperatoribus ascribuntur.	70
Militares homines parum Christiani.	13
Moschus & ambra plerisque putent.	123
Misericordissimus quisque iustissimus.	125
Misericordes misericordiā consequentur.	125
Muliere irata nihil iratius.	5
Mulierī uir dominetur, & non contra.	11
Mustellę crocoton.	19
Mundi principem agere simul & bonum Christianum difficile.	33
Mundus mundana diligit.	36
Mundi regimen aliud & aliud ecclesię.	38
Multa uerba pauce sapientię præferūt indicium.	54
Mundo renunciandum.	66
Mundi mores mundo relinquendi.	68
Mundus quid.	75
Mundi princeps & coryphęus Satanas.	75
Mulieres formosę uideri uolunt omnes.	84
Mundus cum suis bonis & malis contemnendus.	118
Mundus deserendus.	118
Mundus non minor hostis ecclesię quā ipse Satanas.	118

INDEX.

Multos fuga periculis eximit.	118
Mundanarum rerum nihil perpetuum, nihil stabile.	120
Mulier sobria debet meminisse modestię.	121
Mundus iustitiam uendit.	125
Mundus iniquitatem suam iustitię simulachro paliat.	125
Mundus est mundus &c.	146
Naretia Budea.	47
Nemo felix esse non cupit.	1
Nemo expers mortis.	4
Nemo in cœlo & in terra pariter beatus.	17
Nemo suis uiribus cœlum ascendit.	45
Ne cupias quod assequi non possis.	49
Nemo terrenis bonis excellit & cœlestibus.	71
Nec princeps exigere nec subditus præstare debet pietati contraria.	72
Nero reti aurato piscatus est.	84
Nemo se mundo simul & Christo placituro speret.	115
Nemo tam beatus quin fieri possit miserissimus.	120
Nessæa tunica.	123
Nec malus mali, nec malus boni bonum agetius dicem.	125
Nemo uacat uitio.	125
Nemo id tēporis sine mortis metu præcepta Christi obseruare potest.	128
Nemo nunc siue precio fit pastor ecclesiasticus.	124
Nemo suis debet fidere uiribus.	146
Neque melius dicitur neque peius uiuitur usquam quàm in aulis principum & episcoporum.	125

INDEX

Nihil spei ponendum in res terrestres.	5
Nimum qui sapiunt, delipiunt.	6
Nihil rectè fit, quod fit commoto animo.	22
Nihil discit, qui discendo non fit melior.	25
Nitocris Assyriorum regina.	32
Nihil scit, qui nihil nescit.	51
Nicena synodus noluit aliquid statuere de cœlibatu sacerdotum.	110
Nihil certi aut firmi possidemus quàm diu uiuimus.	(120)
Non plus nimio indulgendum stomacho Christianis.	8
Nothi & spurij Christiani.	9
Nobiles ex crumena.	122
Non quidquid fulget aurum est.	30
Nòn peruenit ad superos, qui sequitur euntem ad inferos.	31
Non omnibus datum sequi uestigia Christi.	37
Nota perfidiæ intolerabilis.	38
Non alios bene docebit, qui non prius docuerit se ipsum.	42
Non plus æquo fauendum uirtutibus et operibus nostris.	45
Non est eiusdem hominis studere marsupio & nosse diuina mysteria.	51
Non potest homo non peccare quidem &c.	59
Non malum est abstinere à carnibus &c.	66
Nobilitas mundi, generosa stultitia.	68
Nobilitati mundanæ parum conuenit cum ecclesiastica.	69
Nobilitatis mores.	69
Non idem iudicium dei & hominis.	118

INDEX.

Non mundi leges sed præcepta Christi obseruanda Christiano.	113
Non, quid homo, sed quid Christus præceperit spectandum Christiano.	115
Non uerba dat seruator noster.	115
Nobiles de ipso nomine pharisæi & ethnici.	(117)
Nulli tam periculose Christiani sunt quæ qui Chris- tianiis præsunt.	119
Non supra modum fidendum opibus & prosperis rerum successibus,	120
Non parui refert quales in ecclesia præsunt.)	(134)
Nobilitas notatur.	138
Nudus uenisti, nudus abibis.	5
Nuptiæ non omnium faustæ.	26
Nullum opus bonum sine mercede, nullum peccat- um sine pœna.	38
Numus omnipotens.	44
Nullius hominis meritis cœlum debetur.	45
Nundinatorum plena ecclesia.	129
Obtestatio ad episcopos.	53
Oblationes unde coeperint & quo pertineant?	103
Obtestatio ad principes Christianos.	142
Odio, fauore, precio corrupta omnia.	137
Officium pastoris ecclesiastici.	4
Offendicula multa nata ex cœlibatu sacerdotum.	(109)
Optimè docuerit qui optimè didicit.	18
Operario sua cuique merces debita reddenda.	(28)
Omnia humana imperfecta perfectio.	(37)



INDEX.

Opes parare non pastorum atq; doctorum est.	41
Opera bona non carebunt mercede sua.	41
Operibus non plus æquo fauendum.	41
Opera bona sunt mortua nisi fide animentur.	41
Opera diurna retractanda uesperis.	60
Omnes fratres & amici sumus in Christo.	61
Opes neq; cõgeri sine peccato neq; possideri possunt.	71
Opes Christianorum uictus & amictus.	71
Oleo rigare plantas.	76
Optimus Christianus.	78
Oues ex lupis facere.	79
Opera præcipua præcipuæ disciplinæ accommodanda.	82
Opibus quatenus inuigilandum?	89
Opulentissimus quisq; irrequietissimè uiuit.	93
Opes lubricæ.	96
Opes immodicæ multos in exitium traxerunt.	96
Opes ecclesiarum pauperibus debentur?	104
Opulentis maior adest benefaciendi materia	(104)
Ob unitatem concordiamq; ecclesiæ nihil non ferendum.	111
Opes impiè expendere flagitium.	105
Omnia plena laqueis.	118
Opulentia parente iniquitate nascitur.	122
Orationes.	124
Ouilia, Christi emuntur hodie, commutantur, possidentur pro modo diuitiarum.	129
Opes ecclesiæ & episcoporum quonā pertineant?	134
Opes magnæ sine magnis flagitijs non parabiles.	(139)
Officium iudicis.	124
Opes	

INDEX.

Opes legibus imperant.	135
Patientia armandus animus.	2
Patientia iræ opponenda.	23
Patientia Christianum arguit.	26
Patientia symbolum inhabitantis in homine spiri- tus sancti.	26
Palmæ natura.	53
Palmæ ramus uictoriæ symbolum apud ueteres.	(33)
Panoplia nostra fides.	33
Pastores ecclesiæ uirtutibus præcludere debent po- pulo.	42
Pastores excitantur.	42
Paruum esse præstat cum quiete quàm magnum cum inuidia.	50
Pastores ineptos suggillat.	51
Pastores bono nihil melius malo nihil peius.	52
Pastor bonus aut malus.	52
Palladæ epigramma.	54
Parum conducit multa decernere & obseruare ni- hil.	73
Patrem natura refert sua proles.	89
Paupere sene nihil miserius.	89
Paupertatis honestæ uirum bonum non pudet.	89
Paupertatis commendatio.	89
Paupertas tranquilla irrequietæ opulentia præfer- renda.	93
Potentia summa omnibus subiectum esse pro Chri- sto.	94
Pauperes alendi opibus ecclesiarum.	104
Pauperibus qui quid facit, Christo facit.	104
Paulini loci explanatio.	106
Pastoris ecclesiastici domus receptaculum & asylū pauperum esse debet.	109

INDEX

Paphnutius confessor.	110
Pauperes peccantes interim digniores misericordia quam poena.	124
Pauperibus peccantibus gratia conuenit &c.	125
Pastorum erat oues imbecillas roborare &c.	130
Pauperes hodie, diuites olim difficile intrabāt in regnum cœlorum.	131
Pastores nostri clementibus, Christus credentibus promittit uitam æternam.	132
Pastoribus quatenus parendum?	132
Pastores mali ferendi potius quã cum tumultu ecclesie persequendi.	132
Pastor bonus, bonus dicendus, malus malus.	132
Pasce oues meas, quomodo intelligendum?	133
Pastorum ius in oues Christi quatenus exercendū.	(133)
Pastorum spes quales?	133
Pastorum dignitas magna.	134
Pastor bonus angelus & uicarius Christi, malus uero Satanæ.	134
Parcit uirga lupis &c.	135
Pax non tam huius mundi quam æterna paranda.	(139)
Perfectionem euangelicam ad omnes pertinere.	3
Perinde quotidie uiuendum quasi crastino simus morituri.	6
Pertidie nota intolerabilis.	38
Peccatum doctoris peccandi facit audaciã discipulis.	52
Peccatorum codex conscientia.	72
Pertinaciter inhærent, quæ teneris animis infuderis.	80
Peccare posse & sine peccato uiuere pulchrum.	92
Pecuniam Christi in terram quæ fodiunt?	102

INDEX

Pecunia ecclesiæ pauperibus eroganda, non in turres & ædificia supuacanea prodigenda.	102
Pecunia Christi membra Christi subleuanda.	104
Petri μονόξυλον nō cuiuslibet rei gratia exiliēdū.	114
Peccatum inuitè factum animaduersionem non meretur.	125
perstandum forti animo in ecclesia.	132
Perfectio euangelica in primis decet pastores ecclesiæ.	133
Pecunia qui caret carebit & iure.	135
Per flagitia itur ad opes.	139
Peregrini sumus in his terris & perexigui temporis hospites.	56
Philodemus.	10
Philodemianus equus.	10
Philosophia Christi diuersa docet à constitutionibus mundi.	17
Philippus Morerius.	47
Philetas Cous.	86
Philoxenus Erixius.	107
Philonis uxor, cultus moderandi exemplum.	121
Philippus imperator.	127
Pirratem docent res aduersæ.	17
Pietacus Mytilenæus.	27
Pij Secundi episcopi Ro. dictum de matrimonio sacerdotali.	109
Plærici aduersæ maiores q̄ secundæ fortunæ gratias debent.	17
Pietas fructus esse debet omnium studiorum & laborum.	25
Placuisse paucis & bonis satius quam multis & malis.	53
Platonis dictum ad discipulum cutis curanda studiosum.	125



INDEX

Plato dignus lectu Christianis.	35
Platonici cæteris philosophis præferendi.	35
Plena doli animans mulier.	10
Potentia & aurum non addunt scientiam.	15
Potestate præstantibus præstandū & eruditiōe.	24
Potestas ligandi.	43
Podagra Bacchi & Veneris filia.	47
Popinarij consules & senatores.	58
Pœnitentia quid?	59
Potentiam spernere difficile.	69
Potentes mundi quur speciosi? quia humano cruore uictitant.	70
Protector Christus.	74
Pompeia Sabina Neronis uxor.	83
Potentia illicitum ingens exercendæ improbitatis.	(90)
Potens pariter & à uicijs temperans, sapiens uir.	(90)
Possessiones tēperariæ quales deceāt sacerdotes.	111
Potentia & sapientia rarò sub eodem tecto habitant.	119
Pœnitentia ecclesiastica omnis perijt.	131
Pœnitentia numaria notatur acriter.	131
Postulatio pastoris ecclesiastici qualis esse debeat.	133
Princeps Opera danda studio germanæ foelicitatis.	(1)
Promissa diuina certa.	15
Primatibus mundi parū conuenit cum Christo.	18
Principibus turpe undecunq; corradere diuicias.	(32)
Princeps laudatus.	32
Principes Christiani ministri non domini.	33
Præcepta Christi seruata sola Christianum & faciunt & seruant.	8

INDEX.

Præciosa partu difficilia.	3
Proximo faciens iniuriam Christo facit.	49
Præcepta Christi oïa ex æquo ad oës pertinere	69
Principes mundi præter lucrum nihil spe&ant. [	70
Principum fauores lubrica.	70
Principes mundi lacte Corinthiaco aluntur.	70
Principes mundi pro subiectis omnibus rationem sunt reddituri.	70
Principes mundi fraternam charitatem nesciunt.	(70
Princeps Christianus non exigere neq; subiectus præstare debet pietati contraria.	71
Præclara rara.	3
Principibus mundi parendum sed salua religione Christi.	78
Principibus plerisq; uerbum dei ludo est.	79
Principes decet mite & mansuetum ingenium.	91
Præstantia mundana caduca & uarialibus.	97
Præcepta Christi sint nobis leges & iura.	99
Præcepta uitia insigniter obsunt.	100
Præpositus non minore cura subditorum quam sui tangi debet.	110
Præfules & principes nobis dari pro nostris meritis.	114
Propheta Christus uel dormiens uigilat.	114
Principes pro subiectis quoq; reddent rationẽ.	119
Prædictiones humanæ falsæ & impossibiles.	127
Principis Christiani officium.	140
Pueri statim optimis assuescant.	82
Pueri ut plurimum deprauantur a parentibus	88
Pulchritudo uera non auro sed uirtute paratur.	123
Pulchritudine mundana nihil immundius.	123

INDEX

Pythagoras .	54
Pythagoras Moseos studiosissimus.	60
Pietas principum, subiectorum animos ad uirtutē acuit.	140
Pauperes in tutela dei sunt.	25
Pastores inepti notantur.	29
Qualis uxor ducenda?	27
Quatenus arbitrium nostrum liberum?	54
Quales magistri tales discipuli?	41
Qualis populus talis sacerdos?	105
Quadragesimæ ieiunium obseruandum Christiano- nis.	106
Quadragesimalis ieiunij defensio.	106
Qualis pulchritudo appetenda.	125
Quale quæsitum tale responsum.	126
Qualis dux talis exercitus.	12
Quæ ouicula non fugiat lupum?	151
Quid bellare?	15
Quis uir bonus & uerè Christianus?	29
Qui uerè docti?	24
Quidquid modum excefferit uitio uertitur.	32
Quisnam princeps laudabilis?	32
Quidquid eum uirtute uel dicimus uel agimus do- num dei est.	34
Quid cum nuce myristica uaccet? &c.	36
Quid sapientia?	39
Qui foelicissimi?	39
Quid bonum aut malum?	44
Quidquid egerit homo boni citra fidem boni non est.	45
Qui nocet alteri, ipse sibi nocet.	49
Quid pœnitentia?	59
Qui debitorem habet Christum non potest non esse se foelicissimus.	61

INDEX

Quid carbonarijs cum balneo?	65
Qui dedit corpus, corpori necessaria providebit.	(73)
Qui nimium sapiunt, utiq; desipiunt.	6
Qui homo est, peccator est.	59
Qui plurimum possunt, minimum sapiunt.	90
Quid non potest, qui potest omnia?	97
Quidquid habemus boni, diuinæ munificentiæ est.	(95)
Qui multis præest, pro multis reddet rationem.	(110)
Qui plus potest, minus sapit.	119
Quis credat auaro de contemptu mundi concionã ti?	130
Qui sacra faciunt, è sacro uescuntur, quomodo in- telligatur. j	133
Quot homines tot sententiæ.	1
Quomodo mereamur?	35
Quotusquisq; non uocabulo tenuis Christianus?	55
Quo ritu ieiunauerint ueteres?	109
Quor bonorum uirorum tanta sit raritas & con- tra &c.	57
Rationibus exempla potiora ad erudiendos ho- nes.	41
Ratio nihil potest in rebus diuinis.	6
Ratione præditus ratione utatur.	59
Rara auis in cœlis quisquis insigniter præstiterit in- terris.	112
Res rara uerum agere Christianum.	3
Res aduersæ pietatem docent.	17
Res rarissima & thesaurus incomparabilis eruditus & fidus consultor.	24
Regimen aliud mundi, aliud ecclesiæ.	32
Religio Christiana personas non accipit.	69



INDEX

Reges & monarchę ordinis postremi in eccle- sia.	70
Rerum terrenarum sollicitudo remoratur propo- rantes ad Christum.	71
Res duę diuersissime ecclesia et mundus.	75
Reges & principes hodie periculosissime uiuere.	79
Respublicę sunt tales, qualibus legibus gubernan- tur.	96
Respub: beata.	99
Retia sunt leges humane;	135
Regum & principum moribus mutatis, regna quo- q; mutari & principatus.	140
Reuerentia & honor à mundanis pompis transfe- rendus ad uirtutes.	140
Religio Christiana neq; reges nouit neq; princi- pes.	140
Religio Christiana non prodest nisi religioni con- gruentia facimus.	142
Regnum cęlorum non uerbis sed uirtutibus pas- rabile.	146
Rigare plantas oleo.	76
Sacerdotes olim habuisse uxores.	110
Sacerdotibus liberum fuisse ducere uxorem uel agere in cęlibatu.	110
Sacerdotes paupertas decet non mendicitas.	111
Sacerdotum possessiones.	111
Seruum Christi contentio pertinax non decet.	141
Salus nulla extra ecclesiam.	132
Salus Christiana uirtutibus non literis paratur.	87
Samuelis retrici.	86
Sacerdotem nihil magis decet quam os uerum & liberum.	70

INDEX

Sanctorum nemo delicias coronam glorię emeruerit.	71
Sanctimonia maiore præstare debent, q̄ pluribus præfunt.	69
Sapientes nimium, desipiunt.	8
Sapientiã sepius sub fordido centuculo reperias quam sub regali trabea.	18
Sapientia quid?	39
Satius non cognouisse Christum quam contene- re cognitum.	45
Satius est placuisse paucis & bonis quam multis & malis.	53
Sapientissimus quisq̄ parcissimè loquitur.	54
Sardanapali epitaphium.	56
Salus in hac uita uel paratur uel amittit̄ tur.	59
Sapientia mundana hostilis diuinę.	66
Sapientissimi omnium qui?	80
Sarcina importabilis non imponenda fraternis hu- meris.	110
Sapientia Christi mundo nihil stultius uidetur.	115
Sanctorum uita & mores imitandi.	116
Sapientia mundi sapientia diaboli est.	146
Satanas p̄ opulentos ac potētes, ut Christus p̄ pau- peres & humiles suam exerit sapientiam.	146
Scōma Leonis Bizantię in conuiciatorem.	25
Scriptura diuina castè tractanda.	51
Scripturam interpretaturis spiritu sancto opus.	(51
Sapor persarum rex.	120
Scriptoris prudentis est obrectatoribus calumni- andi ansam interciderè.	75
Scriptores nostri seculi tanto dissidio intet se uariis ante declinandi & ueteres probaticq̄ cōsulēdi.	114

INDEX.

Sero sapiunt phruges.	81
Semiramis regina.	89
Sene paupere nihil miserius.	120
Sefostres rex.	140
Seruari uolens, præcepta Christi seruet oportet.	5
Simonides Cæus.	11
Similis præfectus Hadriani.	11
Similis epitaphium.	11
Similis Christianus putatur.	11
Sine deo deficit uis omnis humana.	84
Sicera quid?	81
Sisamnes iudex.	124
Simonum & nundinatorum plena est ecclesia.	129
Sopheus.	47
Sollicitudo rerum terrenarum remoratur propèrantes ad Christum.	71
Socrates philosophus fidibus canere didicit senex.	81
Sola deo seruire salus &c.	93
Solon.	96
Solitudo non addit sanctimoniam.	96
Spei nihil ponendum in res terrestres.	5
Sponsio Cleopatrx cum Antonio.	9
Spes in deo, non in milites ponenda.	95
Septem spectacula mundi.	101
Spiridion Cypriorum episcopus.	105
Spes precipua in deum figenda.	121
Stylus gladio acutior.	8
Styli litterati uulnera immortalia.	8
Studiorum & laborum omnium fructus debet esse pietas.	25

INDEX.

Studioſis properandum ad fontes contemptis lacunis.	11. 83
Stulti eſt, ab alio petere quod ipſe parare poſſis.	59
Strepitus huius mundi Chriſtiano parum conuenit.	118
Stultè quæſitis reſponſa ſapientia non congruunt.	126
Superſtitioſi notantur.	126
Spes omnis figenda in Chriſto.	43. 126
Tacere noſſe non minoris eſt quam noſſe dicere.	54
Tacere qui neſcit neq; dicere nouit.	54
Temulentia mater ſutilitatis.	28
Temulentus non ſui potens.	28
Temulentia Satanæ nihil gratius.	21
Terreni terrena ſectentur.	89
Temerar ij quo plus poſſunt hoc ſunt nocentiores.	90
Temeritas non eget incitabulo.	122
Tentari ſinit ſuos Chriſtus ſed non ultra uires.	116
Tentamur non minus opibus quam egeſtate.	104
Tentatio eſt uita noſtra.	104
Temperantia Xenocratis.	137
Theſaurus præcipuus in republica Chriſtiana ludus literarum.	20
Theodoſius maior.	23
Theodoſij maioris pœnitentia publicæ.	127
Timagenes rhetor.	49
Theopompus hiftoricus.	50
Theodectes tragicus.	50



INDEX.

Thefauros ecclesiæ pauperum esse.	8
Theoninum dentem effugere doctorem ueritatis difficile.	71
Theodosius minor clementiæ nomine clarus.	(90)
Traianus imperator.	104
Thefaicum filum nostrum uerbum Dei.	111
Tributa danda principibus mundi.	140
Tributa imponi Christianis iure ethnico.	(141)
Turcos & Sarracenos non plus negocij facissent Christianis q̄ ipsos Christianos.	139
Turbatores ecclesiæ suggillat.	106
Talentum in terram fodere.	137
Tacendi tempus certum discipulis præscriptum thagoras.	54
Vadiani sthismatici.	111
Valentiniani imperatoris uerba digna memoratu. (79)	120
Valerianus imperator.	120
Vaticinia humana ut falsa & impossibilia spernent da.	127
Vanus uana sectatur.	15
Vana laus, quæ uanis rebus impenditur.	33
Vbi non pudor, ibi neq̄ puditia.	123
Vbi minus certaminum, ibi minus præmiorum. (141)	12
Væ ouibus, quarum pastor lupus est.	12
Verba Christi habent in se aliquid latentis amule- ti.	23
Verè docti qui?	24
Veritas est ueritas etiam in ore pueri.	57
Veritas oibus episcopis et synodis anteferenda.	35

INDEX.

Verbum dei præferendum omnibus thesauris, regnis & imperijs.	90 60
Verbum dei non adulterandum commentis humanis.	99
Veritas non ducit in errores sed ab eis liberat.	(99)
Verbum dei consulem agit in ciuitate Christiana.	(99)
Veritas est ueritas uel apud ethnicos.	99
Vetustas nihil non cõficit rerum humanarum.	101
Verbum dei audiendum ad discendum obseruandum &c.	113
Verbum dei regula & amussis uitæ Christianæ.	113
Veneris & Christi negocium simul agere impossibile.	130
Vetustas ineptijt erroribus.	126
Verres Vatinius accusat.	131
Væ isti, cuius culpa uel minima Christiani gregis perit ouicula.	132
Verbum dei omnibus iuribus & legibus humanis anteferendum.	136
Venalia omnia in consistorijs.	137
Vita breuis.	4
Vita nostra sub lumam euangelij subinde reuocanda.	5
Vir mulieri dominetur & non mulier uiro.	11
Virtus Christiana non eget ornatu exotico.	19
Vir bonus & germanè Christianus.	23
Vinum ligat mentem, linguam soluit &c.	28
Vinum intra modum sumptum excitat & illustrat ingenium &c.	29
Vini fluctibus æquè multos perire ac maris.	29
Vitio uertitur quidquid modum excesserit.	33
Vini tædium quomodo paretur.	46

INDEX.

Vini bona & mala .	4
Virtus & gloria sorores germanæ .	5
Viri boni perpetuò amant.	6
Virtus duplicata simplice præstantior.	6
Virtutibus proprijs gloriandum non alienis.	6
Viuens in mūdo, mūdi sordibus inquinabitur.	7
Vindex Christus constituendus .	7
Vinum infusa aqua perdere .	7
Vibius Gallus .	9
Vita omnis sine sacris literis mors videtur.	9
Viaticū hinc emigraturis est, si quid hic boni fecerimus .	3 & 9
Victoria non quolibet modo paranda .	9
Virtus non colitur, ubi ueneratur pecunia.	9
Virtutes primatum, insigniter profunt.	10
Vigiliæ & pernoctationes ueterum .	10
Virtutum coloribus flagitia fucantur .	11
Vir bonus suos domitat animos &c.	12
Violentia malorum coercenda.	12
Virtus sine præmiò uile scit.	13
Virtutibus præmia ponenda .	14
Vita hominis Christiani studium pludiumq; bene moriendi esse debet .	14
Vita Christi uiuendi regula Christianis :	9
Vlscisci non licet.	4
Vlitionem non cogitabit seruus Iesu Christi .	7
Vnius uxoris maritus quomodo intelligatur.	10
Vota baptismi exoluenda.	3
Voluptas uersicolor & multiformis bestia.	6
Voluntate dei fiunt omnia.	11
Vti naso .	7
Vxori præponatur honestum.	11
Vxor qualis ducenda .	2
Vxor Christo non præponenda .	2

## INDEX.

Vitium & sine preceptore discitur.	88
Xerxes rex persarum.	107
Xenodochium Basilij.	101
Xenocratis temperantia.	134



100	...
101	...
102	...
103	...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

# IOHAN. PHI<sup>l</sup>

LOHII DVGONIS LIBER CHRISTI  
ANARVM INSTITVTIONVM

primus.

## PRAEFATIO.



Contemplanti mihi mecum animo  
quàm sit fragilis & uirium inops &  
nunquã non alienæ opis indiga natu-  
ra mortalium, simulq; inexhaustas il-  
las reciprocaiones mundanarum uir-  
tutis recipiendarum perpetua quadam uolun-  
tate omnia rotantium uertentiumq; expendenti, ni-  
hil subit quod magis humani totius generis referat, quàm ut  
recis rerum frigidarum & inutilium traxis & remoris,  
princeps detur opera studio parandæ foelicitatis, non tempo-  
rariæ & mândano furo personariæ, qua corpori huic mortali  
atq; caduco uacatur, sed germanæ illius & ppetuò duraturæ  
nimirũ qua animo humanus id est homo uerus corporeo  
carcere & nunc impeditus pie possit ac tranquille & expe-  
ditus olim beatè atq; æternum uiuere. Huius foelicitatis cupi-  
tores haud parum multos uideas. Non enim est, qui foelix  
esse non cupiat. Verũ quando animus humanus genitiuæ tar-  
ditatis caligine cæcutiẽs innumeris est erroribus obnoxius,  
fit ferè, ut dum alij alia grassantur uia, rari admodum fiant  
cõpotes uoti. Id quod quum seculis alijs usu euenisse compe-  
rimus, tum uel præcipuè hoc nostro, quo orbis totus adeò  
modis, moribusq; uiuendi uariat, ut planè uerum comprobe-  
tur quod uulgò dici solet, Quot homines tot sententiæ. Alij

PRAEFATIO.

enim stemmatis gloriantur, alij sibi placent robore corporis, alij forma efferuntur, alij instantur gestis honoribus, alij sapientie titulo superbiunt, alij ferociunt immodicè ac cumulatis opibus, alij deniq; militia, alij rerum ciuiliu studio precii operæ se aliquod facturos existimant. Sunt uero qui potentiam ambiant insignem. Sunt qui delicias captent & scædas gutturis & uentris uoluptates bonis omnibus anteferant. Breuiter suo quisq; iudicio ducitur & eo maximè se arbitratur scelicem, quo maximè delectatur. Errant etiam miseri mortales incertis atq; discordibus inter se opinionibus & uia certæ ad scelicitatem uerã ducentis ignari quotidie de erroribus in errores prolabuntur. Cæterum errantibus duce, ignaris magistro opus est. Vtrunq; agit, ut nemo alius, Christus uerus dux & incomparabilis & unicus magister, sine cuius doctrina homo quamlibet oculatus cæcus, quamlibet sapiens insipiens, quamlibet beatus miser, quamlibet uiuus mortuus est. Hic docet & indicat quò & quã sit eundem ad bonum illud reuera summum, quo nihil sublimius, nihil melius. Ad hunc compositus magistrum stultus Plato est, delirus Aristoteles, Zeno fatuus, stolidus Epicurus, Chrysippus amens, uecors Arristippus, cæteri blaces & insani omnes. Prodigit uerba qui docet, tempus qui discit aliud quàm doctrinam Christi. Hæc enim sola tutum & sacrosantum spei & salutis nostræ asyllum est. Hæc portus quietus & fidus in hoc mundi salo fluctuantibus. Hæc una atq; adeo unica Cynosura illa, ad quam totius est uitæ cursus nobis dirigendus. Hanc quisquis ex animo pertesus errorum uulgarium germanæ cupit esse candidatus scelicitatis unam obseruet, suspiciat, ueneretur & non solum uanis unlgz somnijs, uerum etiam Philosophorum scitis, artibus disciplinis, præterea

## P R A E F A T I O.

rea regum ac principum edictis & mandatis humanisq;  
 legibus & iuribus omnibus anteponat necesse est. Non  
 enim qui uel decreta Aristotelis uel Platonis placita tenuerit  
 statim foelicitatem quoq; uidebitur consecutus. Neq; qui  
 fuerit in omnibus ancillatus libidini principum continuo  
 beatus habendus, sed qui Dei fecerit uoluntatem uiuet in a-  
 uum. Christi praecepta nosse sapientiae est, exequi salutis, nos-  
 se pariter & exequi absolutae, perfectaeq; salutis. Quapro-  
 pter & principum Christianorum intererit agnoscere suum  
 principem & hactenus praecipere subditis, ne dei praeceptis  
 uel uis ulla fiat uel iniuria. Neq; cuiq; fraudi esse debet, si mā-  
 data Dei mandatis hominū antetulerit. Cedant humana di-  
 uinis, terrena caelestibus, principes mortales principi sempi-  
 terno. Potentia huius mundi subsit non praesit, subscribat nō  
 praescribat, cū ueneratione assurgat nō deroget atq; obnita-  
 tur maiestati euāgelicæ. Iure humana cōtēnūtur impia, quo-  
 ties uel a pietate uariāt uel obluantur gloriae Christi. Nā q  
 imperant, quæ Christus uetat, hi non Christi sed Satanæ agunt  
 negotiū. Igitur in principatibus et rebus pu. Christianis prin-  
 cipem locū tenebit euāgelium. Vbi uero leges humanae spretis  
 christi praeceptis praeualēt, quales tādē cūq; ibi fuerint homi-  
 nes, Christiani non erunt. Parum retulerit, quo quis nomi-  
 ne censeatur. Ex operibus artifex cognoscitur. Christi esse  
 non poterit, qui quotidie facit opera diaboli. Iam qui sub prae-  
 textu nominis Christiani Christū psequuntur, peiores utiq;  
 sūt ethnicis. Christiani ē Christianē uiuere et nihil habere po-  
 tius, nihil pri9 obeundis datis a Christo negotijs. Hac. n. poti-  
 simū nota christian9 discriminetur ab ethnico, q, hic despecto  
 christo ad mūdi, ille mūdo contēpto ad christi praescriptū ui-  
 uat, ut intelligam9 nō mēdacē synceri christianismi titulus



PRAEFATIO.

non fictā ueræ fidei professionem, non mensæ participatio-  
nem dominicæ, non deniq; cærimonias decretis patrum in  
ecclesiam inductas, sed sola seruata Christi præcepta Chri-  
stianum & facere & seruare. Ob id quoq; neq; baptizatum  
esse magno fuerit usui, nisi et quæ in baptisate uota sūt præ-  
stentur. Vnde sæpenumero demirari soleo mortalium quor-  
undam insignem leuitatem dicam an simplicitatem, qui se  
baptismi uotis nondum exolutos obligant nouis. Nam uel  
parua putantes uel haud magni pendenda, quibus communi-  
titer omnes iniciamur Christo, priuatim ceu nauis abun-  
di ad ista atq; pertesi uulgaris ac promiscuæ religiōis alij ali-  
orum religionis aërorum, ut ita loquar, legibus, regulisq; in-  
uēdi uelut iugo suscepto ceruices onerāt & immemores atq;  
securi uotorum baptismatis alia nescio quæ sublimia, glorios-  
sa, mirabilia uouent, ecclesia interim utinam tam salutariter  
& religiose quàm multifariam & plausibiliter in ritu uas-  
trias instituto discordes, numero propemodum infinitas scis-  
siones lacerata. Quid hoc rei est? Qualis esse putemus in-  
cogitantie, ueteribus parui factis aut per incuriā antiquas  
uota noua nuncupare? Qua fronte Deum tentamus nos  
uis & superuacaneis, qui iam sefellimus fidem ueterum &  
necessariorum? O homo Christiane, reuoca in memoriam  
& expende, quibus te in baptisate uotis obligaueris. Hæc  
exolue, hæc redde domino, & iam religione & uita  
sanctimonia precipuis quibusq; monachis æquabo. Professio  
non opus erat religionem religioni, uota uotis addere,  
quum & religio Christi sit omnibus una, eadem, æqualis,  
& uota baptismatis eiusmodi, ut uel sola satis exhibeant  
negocij uolentibus effugere labem mendacij. Hæc dixerim

non ut sodalitates monachorum inuidia grauatas uelim  
 qui sum & ipse, si quis alius, solitudinis ardentissimus  
 amator sed ut populus Christianus cognitum habeat prae-  
 cepta dominica & perfectionem quam uocant euangelicam  
 nihilo pertinere magis ad monachos quam communiter ad  
 omnes Christianos, nimirum uno & eodem Christi baptis-  
 mate lotos, siquidem baptismus intersector est ueteris & pe-  
 rens noui hominis, qui utiq; mundo mori & uni Christo ue-  
 uere debet. Ex quo patet, non omnes esse Christianos, qui  
 Christiano se nomine uenditant. Res enim rara est & im-  
 pendio difficilis agere uerum Christianum, perinde tamen  
 ut etiam praecleara sit & nullo non precio emenda, quemad-  
 modum uel alioqui praecleara rara & preciosa omnia, par-  
 tu difficilia, Non enim cuiusuis est distrahere omnia quae  
 possidet & emptum ire agrum thesauri euangelici. Magno  
 sane constat Christiana foelicitas, nimirum contemptu rerum  
 terrenarum omnium, uerum si excellens eius praestantia  
 spectetur, dicas nihil emi minoris. Certe infra ipsius boni-  
 tatem est quidquid boni habet orbis. Quanti enim aestime-  
 tur uita nostra humana omnis quamlibet florens, quamli-  
 bet beata & foelix comparata ad foelicitatem illam coele-  
 stem, absolutam, ineffabilem, omnis compotem boni, mali et  
 suus omnis nesciam? Parandae rei tam nobilis, tanq; excellen-  
 ter praeciosae copia datur non propolis, non lucronibus, non  
 danistis ac dynastis huius mundi, sed animis columbinis, pu-  
 ris, apostolicis, ad subeunda pericula promptis & impigris  
 ad calamitates ferendas fortibus & infractis, ad iniurias de-  
 niq; & supplicia iniusta & mille mortis genera patienda  
 pro sospitatoris nostri gloria inexpugnabilibus, & inuictis.

PRÆFATIO.

Huc spectare debet, huc dirigi, quidquid cogitamus, quid loquimur, quidquid agimus, quidquid uiuimus. Ut hoc temporis, quantum locumq; uiuitur, molliter ac delicate trāsfigatur, quid pleriq; non faciunt? quid non patiuntur? Si fluxis & uelis nolis mox morituris uoluptatibus parandis tantū operæ impenditur, quur nō idem datur gaudijs æternis? Parum sani cerebri habetur si stannum quis argenti, oricalchum, auri loco acceperit. At quanto maioris insanix fuerit, malum pro bono, toxicum pro pharmaco, exitium pro salute amplecti? Cuius prodigiosi cæciq; erroris pedica explicari non potest, quisquis terram cælo, mundū Christo, creaturam creatori anteposuerit. Dulce est fateor, præstare potentia, opibus clarescere, amiciri holosericis, mulierculis placere, saginare corpus, frui delicijs & à luce ad lucem cum amicis fabulosa proferre conuiuia, uerum eiuscemodi dulcedine homo uerè Christianus non capitur, Fallax est & ueneno mista atq; omnibus bonæ frugis amatoribus accurrate, circumspectèq; obseruanda, ut qua Satanas uelut offa, quod aiunt, obiecta mortales illiciat in nassam exitij. Vnde haud magno esse debet miraculo si malis ad uotum pleraq; succedant in hoc mundo, boni parum fortunatè agant. Diabolus enim suos terrena scelicitate inebriat, & in sceneratoris morem bonis temporarijs uelut ære alieno necit, eo consilio, ut nexos aucto scœnore oppressos quum soluendo non sint, ppetuò tandem possideat, perinde ut Cræsos & Crassos huius mundi haud ineptè oberatos diabolo dixeris. Boni autem, quibus dulcedo & uoluptas omnis unus Christus est, spe futurorum præsentia bona contemnunt, non ignari eos, qui terrenas diuitias deliciasq; aucupantur, egenos fore cœ



lestium, Iam uero quis non malit in hac uita breui & mortali emendicare uictum & nullis non incommo-  
 dis affici, ut in futura perpetuò foueatur & requiescat in  
 Abrahamico sinu cum paupertimo rogatore Lazaro quam  
 cum diuite & uoluptario liguritore quotidie uestiri pur-  
 pura & bysso & epulari splendidè, simulq; perenni  
 flamma cruciari apud inferos? Ceterum cum primis neces-  
 sarium uidetur ut armetur patientia animus aduersus om-  
 nes mundi assutus & machinas diaboli. Expertus loquor.  
 Terra ista haud temerè uirum bonum sustinet, nisi bene uex-  
 atum & omnitus impetuum iniurijs. Neq; procul pericu-  
 lo fuerit, qui inter iniustos & impios cupiat iuste & euan-  
 gelicè uiuere. Durandum tamen atq; perstandum in offi-  
 cio est & iuuante Christo quidquid minarum & fraudium  
 hostilium ingruerit uel declinandum cautè uel generosè per-  
 ferendum. Hoc nomine meminisse quoq; demandati debent  
 muneris pastores ecclesiastici & impendiò uigiles, proui-  
 dosq; excubitors agere gregis dominici, ope summa ni-  
 tentes, ne oues Christi plus æquo luporum exponantur fe-  
 ritati & idcirco uel in præcipitia urgeantur uel pabulo ui-  
 tiantur parum salubri & sincero uel alio quo modo cumq;  
 affectu despondeant animum. Hæ namq; uel præcipue  
 sunt pastorum partes, nimirum ut populum commissum, in-  
 eruditum doctrina, afflictum solatio, periclitantem consilio  
 & ope instituant, recreent, iuuent. Sed neq; hoc solo conten-  
 tus pastor bonus est, nisi accitis in cõsiliu Christi suppetijs  
 omnem moueat lapidem, oēs neruos intendat, ut ipsi quoq;  
 lupi curentur & mores induant ouillos. Iam uero si sine,



PRAEFATIO.

quemadmodum hoc seculo nusquam desunt, quos tæduerit institutio-  
 tionis euangelicæ atque per omnem uitam impotens et im-  
 exhausta profundendi sua pariter et rapiendi aliena, libidini  
 exagitauerit, talibus exigua quædam profectus futuri spe neque  
 interim sine pastorum discrimine prædicatur Christus, ut  
 pote qui et gratiæ diuinæ sunt incapaces et nullum ferè bo-  
 num nouere præter pecuinas et malefanas uoluptates atque  
 diuitias, pluris facientes cæcæ Plutum iuxta opinionem  
 Aristophanes. Chræmyli Aristophanici quàm summum Deum, non tam  
 cessandum, imò danda modis omnibus opera, ut resipiant et  
 mature quid inter Dei et mundi sapientium intersit in-  
 telligant. Nam hoc pacto et qui docent suaguntur officio  
 et qui audiunt uel seruantur uocati uel inexcusati pereunt.  
 Atque alioqui sanè quicumque ad mortales Christianis moribus  
 instituendos euocantur, huc potissimum uertere debet quid  
 quid habuerint uel pensi uel consilij, ut et uerbo et exem-  
 plo non solum bonos et pios hortentur, dirigant, moneant,  
 animent, robovent ad fortiter et animosè subeundum, ferè  
 dumque iugum dominicum, sed ex malis quoque et impijs pro  
 concessa diuinitus gratia Christo aliquot agglomerent. Hu-  
 mane uitæ citus imminet interitus, et mors certa sine cuius  
 usque exceptione manet omnes. Neque diuitia neque potestates  
 uitæ homini prorogare possunt, quæ hora fatalis institerit.  
 Porro qualem quemque mors deprehenderit, alis utique iudicabitur.  
 Neque dabitur sarcire defuncto, quod uiuus neglexerit.  
 Iudicabitur autem à iudice, nempe uero Dei, cuius ut  
 iusti, ut omnipotentis, ut sempiterni tum iudicium singulis  
 quibusque uitæ rationem reddituris est subeundum, tum sensu-  
 temia perpetuò per omnia seculorum omnium uolumina

*statura immobilis. Proinde consultum esse nobis debet omnibus, ut uigilanter atq; circumspectè uiuamus in hoc mūdo, & uitam nostram subinde reuocemus sub limam Euangelij, dictaq; & facta & cogitata omnia uerbis Christi ceu Lydio lapidi cuidam admoueamus, magno exploraturi studio, utrū consona sint an dissona Christo. Fallitur, quisquis aliquid spei in res terrestres & momentaneas posuerit, id qd' nihil æquè ac ipsa mors arguit. Omnia relinquēda morienti sunt, Nudus uenisti, nudus abibis. Tantum unusquisq; uiatiki habiturus est moriens, quantum in hac mortali uita boni fecerit. Qui benè facit, benè habebit. Ob id & ipse nos Christus commonefacit, ut omnibus beneficiamus, uel inimicis. Mihi sanè homo ad benefaciendum totus & natus & creatus uideatur, cogitanti uidelicet euangelium totum nihil aliud ferè uel docere uel exigere quàm cum sincera in Christum fiducia meram in omnes beneficentiam. Vnde & impossibile duco, ut beneficis aliquid uel in hac uel in futura uita mali eueniat. Nemo igitur, cui modo adsit uel mica Christiane mentis aliqua, quomodo cunq; & quibuscunq; potuerit benefacere desinat, quum nobis beneficentissimus quoq; Christus tot salubribus & præceptis et exemplis addat animos, ut simus benefici, spondens olim sese centuplo repositurum, quidquid suo nomine rerum temporariarū erogauerimus. Hæc & id genus alia mecum animo contemplatus, ratusq; grandiori iam natu appetere tempus, quo aliquo, si non merito beneficentiæ, saltem beneuolæ uoluntatis argumento gratiam Christi captem potius quàm popularis multitudinis applausum, libros Christianarum institutionum his turbulētissimis temporibus, quibus tot ac tantis tumultibus nra*

## CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM.

scetur ecclesia Christi, incertum, studio benefaciendi an ec-  
clesiasticæ pacis & unitatis desyderio maiore elucubrator  
uel musteos adhuc & æditioni parum maturos communi-  
re Christianæ reipubl. non grauabor. Nam si Christiani  
omnia debent esse communia præter uxores, certè ingenij  
monumenta priuata esse non oportet, maximè quæ uel hu-  
mane salutis uel gloriæ diuinæ momenti nonnihil uidentur  
allatura.

### QVID SIMONIDES RESPONDERIT

Hieroni roganti quid sit Deus? & quæ supra cas-  
pium humani sunt ingenij non esse  
perscrutanda.

### CAPVT PRIMVM



Simonides Cæus poeta eruditionis &  
sapientiæ nomine clarus, rogatus  
Hierone Siracusanorum Tyranno  
sit Deus? primū ut de re tam abscon-  
atq; compertu tam ardua certi pro-  
nunciaret aliquid, unius diei spaciū  
ad periclitandas ingenij uires postula-  
uit. Quo dato & exacto, ubi idem ex eo esset postredie sci-  
scitatus Hiero, biduum petiuit. Hunc in modum trito me-  
quicq; tempore, quum is numerum dierum petitarum sub-  
de duplicaret, ac Hiero mirabundus, quam ob causam  
quesita non responderet percontaretur, quia, inquit, qu-  
diutius, accuratiusq; rem cōsidero, pensito, exploro, hoc me  
hi tectior, abstrusior, opertior esse uidetur. Huius doct-



mento facti commonemur, ne in peruestigandis diuinis arcanis illis, quorum capax humana mens non est inanem & superuacaneam sumamus operam. Frustra enim torquere studio sciendi, quæ assequi non possis, Inaccessa sunt humanis uiribus cœlestia atq; imperuia. Fide deus quærendus, nõ ratione, Nihil potest ratio in rebus diuinis, ad quas perno- scendas fide sincera & puritate cordis opus est. Vt oculus corporis ad Solares radios, ita acies animi ad incotemplabile diuinitatis eminentiam caligat. Vnde uideas plerõsq; immodica & effrena sapiendi curiositate in errores inemendabiles abductos. Proinde quando sola Christi fide seruamur, nõ paradoxis philosophorum ac prodigiosis de natura diuina theorematis, ego satius esse, tutiusq; arbitror homini germane Christiano interim uel nescire aliquam quàm supra modum sapere. Nam quem admodum cæteris serè rebus, ita & sapiendi studio modus laudem conciliat. Atq; qui nimium sapiunt, utiq; desipiunt, quum Christianorum referat magis ut Christiane uiuant quàm ut sapiant sublimiter.

DE EUPOLIDIS INOPINATO ET SVBITO INTERITU, & non differendæ esse piæ uiuendi curâ in senium.

## CAPVT. II.



Eupolis Nitie Atheniensis imperatoris filius prima statim nocte à nuptijs subita & repentina cubiculi ruina pariter cū noua nupta oppressus interiit. Quum nihil sit nobis morte certius, nihil incertius hora & genere mortis, quidquid operæ



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM.

poterimus, dare debemus, ne si quando dominus præter se  
 euocatum nos ex momentaneo & mortali hoc corpore ue  
 nerit, supinos & imparatos, offendat. Falluntur enim qui  
 resipiscentiam & exactiorē benè uiuendi curam in senium  
 differunt, dum demum incepturi piè uiuere, quum iam de  
 nendum sit uiuere. Quis enim compertum habet à diluc  
 lo se ad uesperam usq; uicturum!?

Viuimus incerti, nec quos lux crastina casus

Adferat humano pectore nosse datur.

Interest igitur nostra, ut proximum quemq; diem poste  
 rum existimantes perinde quotidie uiuamus ac si crastini  
 simus morituri. Semper enim paratus esse debet miles Chri  
 sti, & ad omnem motum & fortunæ aleam in procinctu sta  
 re, haud ignarus & natum se mortalem & in tanta rerum  
 omnium rotatione mortalium neminem diu uiuere posse.  
 Veratro indigere uidentur Mide & Sardanapali Christi  
 ni, qui opum & uoluptatum libidine obcæcati sibi Nesto  
 reos & Methuselahicos pollicentur annos. Nam si uires  
 humanæ, quanticunq; quis illas fecerit, critica, Critolaicaq;  
 lance expendantur, Deum immortalem q̄ nihil firmi, nihil  
 certi, nihil tuti, sed contra omnia fortuita, friuola, crepera, ci  
 duca, imaginaria uideas? Nihil homine fraglius, nihil uitre  
 aut fictile magis. Id quod nisi planè insanirent, iam olim uel  
 ipso didicissent prouerbio, homo bulla est, quo aurem uello  
 cante fieri fortasse poterat, ut uel parcius inhiarent opibus  
 ad Christianismum nihil profuturis uel delicijs & crapulis  
 quibus bona pars mortalium ante diem sibimet ipsa matu  
 rat interitum, modum aliquem statuerent, & sic tandem  
 seu gradum facientes ad sanioris mentis propositum, ali

quando se cogtarent morituros. Vnde haud scio an aliàs  
ira se diuina iustius exerat q̄ si accidat, quod ferè accidit, ut  
qui neq; diuinis monitis obtemperant neq; humanis mouen-  
tur exemplis euo totius uitæ impiè, sædeq; consumpto, serò  
demum & magno suo malo sapiam phryges. Scio parum  
plausibilem esse applausoribus mundi, sermonem de morte  
longiorè. Nō tamen dissimulanda ueritas. Certè Christianis  
Christiana mors congruit, quæ nemini contingit, nisi uita  
Christiana præcesserit. Est enim impossibile, ut qui ethnicè  
uixerit, Christianè moriatur. Neq; tamen, si quis aliquan-  
diu Christianè uixerit, statim mortis Christianæ certus erit,  
nisi Christianè uiuendo ultimum quoq; efflauerit spiritum,  
tantum refert quo pacto hinc emigremus. Ex quo intelligas  
q̄ periculose uiuamus, quoties uel Satanae circumuenti cu-  
niculis uel illecebris mundi inescati officio relioginis decesse-  
rimus, quum nemo sit expers mortis, nemo tutus à morte  
quamlibet breui temporis momento. Etenim nemo sibi exitum  
uitæ affore præsentiscit prius quàm planè affuerit.

Quo minime remur mors trux nos tempore mactat. Ex  
insperato inuadimur, ex improuiso sternimur, nullo ad res  
repetendas legato, nullo ad indicendum bellum faciale mis-  
so. Proinde quum salus nostra tota in eo solo uertatur car-  
dine, ut Christianè moriamur, neq; Christianè mori liceat  
nisi Christianè uiuamus, neq; Christianè uiuere, nisi spretis  
mundi bonis, malisq; omnibus ad unius Christi præscriptum  
ætatem omnem transigamus, necessario sequitur, ut si ex  
animo Christianæ salutis uoluerimus esse participes, quid-  
quid nobis Christus præceptorum præscripserit, hoc unum  
sectemur, hoc obseruemus, hoc deniq; uerbis & factis ex-

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

Athanas.

primamus, parum curiosi, quid mundus de nobis uel sentiat uel loquatur uel statuatur. Nam qui mundo placere uolunt & simul Christo seruire, hi non mediocriter delirant. re uera Cesci ciues & littoris aratores, cassa & infelice conatu perfodere nitentes iam toties tentatum isthmum. Vnde de præclare et quemadmodum Christiani ouilis fidum pastorem decet Athanasius, Hæc inquit est uoluntas Christi, ut quisquis ipsi adheret, nihil prorsus afferat secum huius seculi neque terrenarum rerum cura teneatur, sed sola crucifixæ cruce gloriatur, eamque ferat & noctu pariter & interdum curam eius & sollicitudinem gerat. Excusit mihi lachrymas ipsa tam uenerandi præfulis mentio, & fecit ut miserum me huius deploratissimi temporis, quo grex Christi nullum ferè habet hostes capitaliores ipsis pastoribus, adeo rerum terrenarum amore ad unum insaniant omnes. Incertum lupos an lupis fœderatos censeas, qui tot malis affligunt oues ut peius à lupis accipi uix possint, hoc utique lupis pestilentiores, quod hi aperte grassantur in ouilia Christi, & idcirco uitari queunt, illi pastorum habitu tecti inenitabilem inferunt perniciem. Quantum egisse radicem putemus artes Diaboli, si ipsorum quoque fides opilionum desideretur ab ouibus?

QVA CRVDELITATE FVLVIA Vxor Antonij deseuierit in M. Tullium occisum. Nihil esse iratius irata muliere. Iram & uindictam non congruere Christianis.

CAPVT. II.





**M**Xor Antonij Fulvia, quum proscripti atq; occisi  
M. Tullij recens exectū ab humeris caput, cruen-  
tumq; manibus teneret primū conuictijs illud &  
imprecationibus proscuta diris deuouit, deinde bene cōspu-  
tum gremio imposuit, toruoq; uultu intuita linguā illam in-  
cōparabiliter disertā sancibus extraxit, eamq; crebris ictib.  
aciculae, quae tum fortē in capitis ornandi usum aderat, inho-  
nestē, inhumanē ac impiē, dilacerauit,

ὧς δὲ καὶ ἀνιότρου ἢ κἀντερον ἄλλο γυναικός, quemad-  
modum uerē, grauiusq; scribit Homerus. Nihil iratius  
irata muliere, nihil appetentius uindictae. Saenitia enim ef-  
frontis & in iram concitatae mulieris furorem ferarum on-  
nium exuperat. Leones, ursi & aliae id genus ferae ceteris  
truculentiores uictoriae tenus deseniunt in hominē, supera-  
to eo aut necato quiescunt, nec laniant nisi impendio fameli-  
ca. Compertū iam pridē est atq; exploratū id euentu aucupis  
cuiusdam noti mihi & aliquādiu familiaris, qui in sylua illa  
Bohemorū ingenti & uasta, olim Hercinia dicta, ab imma-  
ni ac rare magnitudinis Vrso circūuentus, correptus quoq;  
& in terrā prostratus morte simulata euasit incolumis. At  
Fulvia uel ipso Vrso immitior, indigno Ciceronis casu, mise-  
randaq; & eruditus omnibus luctuoso interitu parum facia-  
ta à cede quoq; perinde quasi peremptū peremptura lanies-  
nam in eū exercuit. Stulta sanē. Non enim quē putabat ini-  
micū Antonij, sed exangue & putredini iam tū obnoxiiū ca-  
dauer atq; terrā doloris, sensusq; ois expertem pupugit, lan-  
cinauit, proscidit. Neq; ipse Antonius cōpos uoti factus est,  
ratus pscriptōe ac ferro totū se Ciceronē aboliturū. Viuit. n.  
adhuc Cicero uel à morte inimicus acerrimus, uiuetq; quā-

HOMERUS



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

diu extiterint Philippicæ. Antonij exemplo monendi sunt obiter principes atq; primates mundi & optimi quiquequebus honesti nominis fama curæ est, ne uiris doctis et ingenio claris facebant negotium, eosque habeant insensos. Nihil hi quemadmodum haud parum multos, eximia laude ornatos uenturo commendant seculo, ita etiam labe ineluctabili aspersum, si quem uolunt ad posteros transmittere possunt. Nimirum stylus gladio acutior est. Etenim qui gladio sciuntur, non raro medicamentis salutem restaurant, si id non licet, ipsa morte saltem doloris finiunt acerbiter. Scribitur litterati uulnera sunt immortalia. Neque tempore ullo neque arte humana medicabilis est, qui semel fuerit uel quolibet leui eius & in speciem tenui atque contemnendo ictu sauciatus. Ceterum quorsum hæc tam multa? nempe ut homines Christiani tam seuo & impotenti Fuluie, Antonijque castigatio, quo ut uero Ciceroni nihil obfuerit ita ipsi æternam & indelebilem infamie notam inusserunt, edoceantur ne plus nimio indulgeant stomacho. Nam si ira, uindictæque peritiosior & egressa modum dedecus conciliat ethnicis, idque perpetuum, cogitemus quid labis atque dispendij pariat sceleratoribus Christi, quos omnibus mortalibus exemplo decet se comitate morum & mansuetudine? Non poterit rimari aduersus fratrem citra noxam insignem uiolate religionis cui rerum omnium charitate fraterna nihil debet esse amicum. Hoc enim potissimum Christiani ueri distant ab ethnicis, quod hi quamlibet leui offensa tacti, uel si, quod aiunt, asinus canem momorderit, Ianum aperiunt, clamant ad astra, classicum canunt, nunquam denique quiescunt donec inimicorum calamitatibus oculos & animos exaturent, illi contra memora-

tra memores Christianæ mansuetudinis patienter ferunt omnia & ex animo ignoscunt inimicis, offensam & iniuriã omnem transcribentes Christo. Iam quum ethnici quidem cogniti sint perfaciles, utpote qui signa præ se ferant suæ quisq; factionis neq; pauca numero neq; obscura, unicum tamen Christiani hominis atq; adedò germanum ὑπόγειον ἀγάπη charitas fraterna est. Hac enim suos Christus nota ceu cauterio signauit, perinde ut oues & hœdos facili negotio, licet promiscuè pascamur, tamen dispicias. Qua una si quis caruerit, periculum est, ne ab ouium dominicarum consortio exauthoratus gregi hircorum ad iudicis leuam stantium societur, quisquis ille tandem sit, etiam si parum sibi barbatus uideatur, quandoquidem sola charitas fraterna discernit filios Dei à filiis diaboli, quæ admodum docet Augustinus. Sũt igitur nostræ partes, ut mores ethnicos ethnicis relinquamus, & sublata cruce Christum eisdem sequamur ad uitam æternã, quibus nos præcessit uestigijs, certi nõ esse satis baptizatum in Christo Christianũ uocari, nisi baptismo & Christo congruentia fecerit. Ethnicorum sit uindicare & uindicare, exigere talionem, malo malum rependere & ad quoslibet uentos & fumos sacra, prophanaq; miscere. Christianorum est ignoscere delinquentibus, iniuriam pati, benedicere & facere inimicis, nullum laboris, nullũ seruitutis genus deprecari pro tuendis præceptis Christi, tantum abest, ut quemquam mortaliũ uel simultate laceessant uel ulla grauent inuidia. Non enim fas est, ut obsint fratribus, quibus pro fratrum salute corpus et animam obiectare periculis præcipitur. Quod si reperiantur alicubi, qui strepitũ huius mundi fraternæ charitati antetulerint & calcatis

Augusti.

## CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

Christi placitis malo proximi suum auxerint compendium  
 hi siue summi seu infimi sint in ecclesia, Christiani certè non  
 sunt, sed nochi & spurij & adulterini Christiani, ipsi de  
 teriores utiq; & ob fidem Christi acceptam ac proditam  
 perditiores Ethnicis.

### SPONSIO CLEOPATRAE CVM ANTONIO

& muliebrem amorem ut multis fuisse exitio, ita præ  
 cipuè Christianis fugiendum. Cap. IIII



Idem. M. Antonius, quum præter in  
 sanas culinae, gulaq; profusiones, qu  
 bus nullo non die delicatissimè sagina  
 batur, etiã studio placèdi reginae Cleo  
 patrae in cōmessationibus quotidianis  
 coenisque domesticis nepotino luxu a  
 edulij lectissimis, exquisitissimisq; ut  
 retur, atq; illa quidquid id erat splendoris & laetitiae mer  
 tricio fastu nauscabundatantum non pro nihilo duceret, Et  
 quidnam, inquit, est, mea Cleopatra, quod tanto splendor  
 uel deesse uel addi posse existimes? Cui illa, uis ne, inqt, no  
 se Antoni perbare quid addi posse putem? Audi. Ego me  
 una coena solam centies sestertium insumpturam polliceor.  
 Solam aio, citra tuam & aliorum conuictorum omnium  
 adhibitam operam. I nunc & coenarum tibi tuarum stre  
 pitu ceu raro & incōparabili place. Ad hæc Antonius icter  
 uerborum insolentia pariter & nouitate pecuniae, prætere  
 cupiens noscendae rei, quam factu rebatur impossibilem, ui  
 deamus, inquit, quod ais, imò nisi uerbis ipso facto fidem as  
 struxeris, habebere mihi res tam temerè dicti mendacij. Tu



illa, ad imminentem uanitatis labem declinandam fidentior,  
 Astruā, inquit, si ita tibi fuerit uisum, astruam, hac tamen lege,  
 ut si memoratam pecuniam, caute maiorem una coena  
 citra fraudē dolum ue malū sola edendo, bibendoq; insumpsero,  
 uictrici posito ex utriusq; sententia pignore certū &  
 eo factō dignum cedat niceterium, sin minus insumpsero, idē  
 eodem iure ad uictorem transeat. Quid multis? Accipitur  
 conditio & sponsione facta pignus utrinq; promptum se-  
 questro deponitur, delecto ad id muneris Planco Numacio,  
 in quem quoq; ne conuenta ullo casu irritarentur, neue qd  
 loci relinqueretur altercationi futuræ, totius iudicij moles,  
 inuidiaq; deuoluitur. Quum igitur peragendæ rei dies præ-  
 finitus adesset, apponitur Cleopatræ coena sumptuosi quæ-  
 dam apparatus & magnificentiæ singularis, uerum nihil su-  
 pra morem habens quotidianum. Qua exacta exultabun-  
 dus Antonius ac præmaturo gestiens gaudio perinde quasi  
 planè certus palmæ iam atq; designatus Olympionices, sta-  
 bitur ne pacto, inquit, mea Cleopatra? Cui illa,  $\pi\omicron\iota\omicron\nu\tau\omicron\pi\omicron\mu\epsilon\upsilon$   
 $\rho\omicron\upsilon\tau\epsilon\iota\tau\epsilon\varsigma$ ; charissime Antoni? Qui fiat, quo minus pacto  
 stetur? Certè me pacti non pœnitet. Ceterum tu coenam  
 hanc auctarium quoddā putaueris. Et simul cum dicto minō  
 stris mensam secūdā inferāt inuuit. Qui sine mora inter cete-  
 ra bellaria scutulam quandā paruā, cui quantum præsens usus  
 poscebat aceti acerrimi inerat, ex præcepto ante ipsam locat  
 reginam. Hoc factō quū omnes pendentibus animis euentum  
 rei præstolarētur, mox alterum ē duobus unioibus uix  
 credibili magnitudine, precioq; præstantibus, quos tum  
 gestabat auribus, detraxit, mersitq; aceto, ac protinus  
 liquoris ui resolutum atq; liquatum spectantibus omnia



bus absorbit. Absorpturæ eadem opera & alterum sequi  
 ster Plancus, ne uidelicet incomparabile & unicum illius  
 naturæ opus tam tenui, nullaq; propemodum causa perditum  
 iret obsecrans obstitit atq; Antonium uolentem nolentem  
 uictum pronunciauit. Qui mulieribus dant opera  
 & fauorem ipsarum, gratiaq; nullis non ambiunt obsequiis,  
 haud absimiles uidentur homini nobili Philodemus, quæ  
 equum speciosum quidem ac robore, formaq; præstantem  
 sed indomitum prorsus & intractabilem alebat, eumq; quæ  
 letiore pabulo saginabat, hoc reddebat ferociorem, idq; ta  
 tisper, donec demum furioso impetu uolenti & frenum cõtra  
 nentis animalis in præcipitium pertractus unâ cum illo per  
 ret. Idem Antonio cum sua Cleopatra usu euenit, Nam dum  
 Fulvia uxore legitima spreta reginam alienigenam deper  
 dum ueneficijs eius & philtis insanit, dum uni huic nihil  
 non gratificatur, nihil non pollicetur, nihil non donat ac elu  
 gatur, & sibi tandem & pellici ipsædem artibus meritum dig  
 numq; antea cetera uita inuenit exitum. Vterq; enim rerum  
 desperatione coacti uiolenta manu mortem sibi consciuerunt.  
 alter proprio incumbens gladio, altera morsu admotæ ubi  
 ribus aspidis. Non longè aberit a præcipitio, cuius dux fuerit  
 mulier. Periculûsibi accersit ac præmaturam perniciem, se  
 mine quàm honesti amantior. Multos enim dementauit, mo  
 tos perdidit amor muliebris, etiam sapientiæ nomine con  
 spicuos, ut haud ab re diuus Hieronymus ianuam diaboli  
 uiam iniquitatis, scorpionis percussione, nociuumq; genus  
 dixerit esse foeminam. Plena doli animans est & nullo non  
 genere fraudis armata, mulier. Vnde prudenter, & si res  
 Hesiodus. expendas, perquam utiliter Hesiodus.

Hierony.

Hesiodus.

Μὴ δὲ γυνή σε νόον πυγοςόλορ ἔξαπατάτω  
 Αἰμύλα κώτι λουτα τεῖν διφῶσα καλίην.  
 Ορ δ' ἐγυναικὶ πέσοι βε, πείποι δ' ὄγε φιλήτ' ἰσί.  
 Est igitur uiri cordati atq; circumspēcti uidere, ne plus æquo  
 mancipet animum foeminarum libidini, neq; quas ipsa natu-  
 ra subiecit uiris, ab his conditiones & leges accipiat, sed uia  
 mat iure suo, perinde ut in rebus gerendis honestum uxori,  
 non uxor honesto anteponatur. Rursus est matronæ frugi  
 & sobriæ, ut gratia mariti sui & rei familiaris modica sup-  
 plectibile contenta sit, neq; magnopere uratur animo, quàm  
 sumptuose cœnet, quàm preciosis amiciatur uestibus, quàm  
 gemmatis uel annulis digitos uel monilibus & bullis cerui-  
 ces oneret, quàm deniq; odoris & illecebrosis pigmentis, fu-  
 cisq; purpurisset buccas, faciēq; depingat ad conuertendos  
 alienos in se oculos, amoresq; illicitos irritandos, nimirum so-  
 cietatem tori genialis atq; custoditi pudoris gloriam porios  
 rem habens omnibus adulterorum lenocinijs. Iam uero si sit,  
 quæ natiuam speciem ascititio fūco, cultuq; superfluo con-  
 taminet, uestesq; deliciores, commestationes, luxum  
 cœnarum, aurum, argentum, lapillos Indicos, aliāq; id  
 genus oppugnandæ uirtutis instrumenta miretur ac pluris  
 faciat quam probæ & modestæ mulicri conuenit, huius pu-  
 dicitiam esse in ambiguo nemo dubitauerit. Nam cultus mu-  
 liebris elegantior & studio curioso matronalem grauita-  
 tem supergressus certissimo argumento est pudicitie uenas-  
 lis. Neq; alia opus erit suspensa hedera, si quis emptor esse ue-  
 lit. Porrò eam, quæ nundinato pudore, semel frontem perfri-  
 cuit, haud temerè ad bonam frugē reduxeris. Facilius quis  
 mortuum ab inferis reuocet quàm mulicrem à consue-

## CHRISTIANARVN INSTITVTIONVM

eis flagitijs. Nulla enim custodia, nulla diligentia arcebitur,  
 quo minus propositi compos fiat, uel si cubiculo ipsam oca-  
 cluseris. Hanc nonnulli donarijs & benemeritis periclitantur  
 ad mentē allecltare meliorem, sed lauant Ethiopē iuxta pa-  
 roemiam & annosam arborem transplantant. Etenim quae  
 magis foras fuerit mulier & amata, hoc in morem Philodem-  
 miani equi redditur ferocior atq; deterior, marito tandem  
 p̄ obseruantia ludibrium, pro amore odium, p̄ liberalitate et  
 beneficentia contemptū, contumeliamq; repositura. Si mul-  
 ta dederis, plura cupiet. Si largiaris linea desyderabit serica.  
 Si lanæ dones, deposcet pellicea. Si tribuas argentea, uolet  
 aurea. Morosa. n. est suapte natura & rerum nouarū auida  
 ois foemina. Aliena appetit, propria fastidit. Cupitis uehemi-  
 ter inhiat, eadē affecta statim aspernatur. Nunc assum, nūc  
 elixū, nunc uinum, nūc aqua efflagitat, leuis, effrons, immo-  
 dica, & nunq̄ non uiris molesta, ut haud usq; quaq; ineptē et  
 cinerit ille mulieris non probissimē maritus.

Demonij noeuas actura uicaria partes

Exitio est miseris foemina facta uiris.

Si igitur hominibus ethnicis et qualibuscūq; alijs iuxta man-  
 danarū legū praescriptū uiuentibus difficile sit mulierum ser-  
 uare gratiae pariter & qualemcūq; huius uitae tranquillita-  
 tem, foelicitatemq; tueri, quanto difficilius ueris Christianis  
 putemus esse simul & ancillari mulieribus, & aeternae salu-  
 ditae opam? Impedit uinculis ad amantinis et obice immobilitatis  
 & insuperabili moratur coelestis regni cupidos amor mulie-  
 ris. Ut oēs ingenij neruos intēdas, omnes uires exeras, om-  
 nia moliaris, oia tentes, amator mulieris amator Christi esse  
 nō potest. Vnde reputes q̄ Christiane uitam agitent & qualem

bono exemplo nobis praeludat Cleopatrae & Antonij Christiani, q̄ pauperū sudore et sanguine partis & p̄ uim et fraudem extortis pecunijs etatē omnē in oī luxu & impudicitia terūt, quorū adeousq; ferax est hoc seculū, ut numerus iniri nō possit. Pudet referre, quae oīum patent oculis. Qui pauperes expilant, q̄ uastant regiones & urbes, qui totos occidione occidunt exercitus, qui adulterijs & stupris notarijs madent, qui ceu ludentes foedissimis q̄busq; sceleribus quoties collibuerit, alijs post alias uim inferūt uirginibus, q̄ cū scortis et scurris nepotādo noctes diebus cōiungūt, mēscq; totos ac totos annos celebrant hymenaeū, hi uirtutes et nobilitatis primas tenēt, censurā exercent in ceteros, praesunt ecclesijs, & si superis placet, ouilibus Christi formā Christianē uiuendi praescribūt. Quis istos cacodemon mores in ecclesiā induxit? Non satis erat mali, oues Christianas quotidie affectibus & casibus humanis, clancularijsq; diaboli artibus impeti & flagellari, nisi ipsi pastores pastorali fide destitutas lupina rabie discerperent? Vae ouibus, quarū pastor lupus est. Vae etiā lupis, qui tot impiē factis et exemplis terrent, turbāt, affligūt, lacerant & laniant ouilia Christi. Profectō praestaret eos nūq̄ fuisse natos q̄ corā tam iusto & praepotente pecuario, eodemq; iudice repetundarū causam dicere. Hoc ego dico, (si qd̄ tamē tot annorum ecclesiae ministro paupculo credatur Philonio) nō ista fierent, neq; tam ethnica & intolerāda in rebuspub. Christianis tolerarentur flagitia, nisi in ipso meditullio iam Satanas regnaret ecclesiae.

DE SECESSV ET MUTATO VITAE INSTI-  
tuto Similis. Militiam parum congruere Christiano.

Promissis Christi credendum.





Hadriano imperatori præfectus militiæ  
 fuit nomine Similis, homo spectatus  
 & rare uirtutis atq; apud eum prin-  
 cipem ob eximiam strenuitatis laudem  
 præ cæteris gratiosus. Is quū iā etate  
 uenisset & improbis, quotidianisq; præ-  
 cipemodum precibus expetitam à mun-  
 ribus uacationem ægre quidem, tandem tamen obtinisset  
 abdicato protinus honore præcipuo, delicijsq; aulicis & co-  
 uiuijs illis principalibus ac beatis ultro despectis ac desertis  
 ex aula impatoria rus migravit, ibiq; exoneratus curis et in-  
 gottorum militarium tumultibus, uotoq; cupitæ quietis pos-  
 tus annis septem in summa animi tranquillitate exactis factus  
 sanctus est. Eius autem præcepto hæc uerba monumento in-  
 scripta sunt. Similis iacet hic, q̄ cōplures q̄dem natus annos  
 uixit, uerū septem tantūmodo uixit. Aetas longa & rerum  
 diuturnus usus mortalibus prudentiā conciliat. Vnde fit ferē  
 ut nos eorū, quæ iuuenilibus annis agimus etate nōnihil præ-  
 ciosius præueniat. Huius rei quū alij nō pauci, tū uel imter præ-  
 cipuos hic Similis noster documētū dedit. Nam quū iunior ad  
 hac studio rei militaris teneretur atq; præcedentibus annis ob  
 egregiè nauatā operam ex milite Centurio, ex centurione tri-  
 bunus, ex tribuno præfectus militiæ delectus esset, grandem  
 natu laudem ita instituti huius perdidit, ut à summo præfecto  
 ræ fastigio ultro in infimā sortē priuatiæ uitæ resiliuerit, etate  
 tē antea omnē ne uitæ quidē noīe dignatus, tamū absque  
 ut tot curis & laboribus exanclatis uera & solida laude  
 dignum aliquid se putauerit assecutum. Hunc ego ob insti-  
 tutū Christianismo congruens Louē Christo mutasse crediderim

rim & unum fuisse ex clancularijs Christianis, quorū etas illa metu persecutionum permultos aluit. Affert ad rei fidē faciendam nonnihil & epitaphium. Ceterum utcunq; res habet, præclare fecit Similis, qui pace bellum, tumultum quiete mutauit. Quis enim ignorat mores hominum militarium siue pedites illi fuerint seu equestris ordinis? Florent bellis, dissidijs aluntur, uiuunt rapto, populationibus exultant, grassantur cædibus, ui, ferro, igni disturbant atque deuantant omnia, præceptis Christi calcatis prorsus & irrifis, nimirum hostes publicæ quietis, nunq̄ non rixarum studiosi, nunq̄ non prouac parati ad oppugnandam innocentiam, Dei contemptores, ministri, & satellites diaboli, barbari, sanguinarij, truces, furiosi, minacibus linguis, manibus uiolentis & humano sanguine tinctis, pedibus prurientibus, et uelocibus, quemadmodum serratus ait propheta *ἐκ χεῖρ* *Ἰσαίας* τὸ ἀίμα, & quos planè in bonorum & insontium contumeliam, perniciemq; natos dicas. Et hi quidem tanta flagitiorum caligine sepulti uiuere se, & quod impudentissimum est, Christianos existimant, refragantibus propalam & moribus & factis ex diametro, quod aiunt, cum fide Christi pugnantibus. Quid enim Christo cum Beliale? quid luci cū tenebris? quid homini Christiano cum cædibus, rapinis, discordibus armis? Qui Christiani esse uolunt, Christi placita sectentur oportet. Porro Christus non bellare, sed bella sedare, non rapere sed benefacere, non uim & iniuriam inferre sed uim & iniuriam patienter sustinere, non occidere quēq; sed omnes ex æquo diligere docet, uel inimicos. Audeat loquar. Nihil aduersius, nihil magis cōtrarium est religioni Christiane quàm bellū. Quod floribus Auster iuxta

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

ta pœtam, quod oleum plantis, quod frugibus grandio, hoc  
 Christianis bellum est. Quid enim spei salutaris affuerit ei  
 cui defuerit proximi dilectio? Quid autem est bellare, nisi  
 prædari & occidere? Potest ne igitur conuenire aliquid  
 Christi religione his, quorum optimus est, qui plus rapuerit  
 plures iugulauerit, pluribus damnum dederit. At hæc  
 cere nostrates legulei aiunt iure bellico. Audio. At iure  
 bellici non Chrestus sed Satanus author est. Quod si ad ista  
 nauſeauerint nonnulli, occinuerintq; uulgatum illud Pauli  
 iureconfulti & magno semper in precio apud eos habitum.

**Paul. iure** Vim ui defendere omnes leges, omniaq; iura permittunt  
 hos ego moneo, ut leges mundanas intra suos cancellos con-  
 tineant, neq; commentis hominum uel ethnicorum uel pa-  
 rum Christianorum sinceritatem contaminent Evangelica.  
 Quis enim nesciat custodiam rei priuatæ ansam præbere in-  
 ualendæ alienæ? Quis ignoret ultionem iniuriæ prætextum  
 esse faciendæ iniuriæ? Quem deniq; prætereat, mortales  
 omnes cupiditibus & iniquè factis patrociniū petere ex  
 legibus humanis, & nunquam non iniuriæ pallium iuri  
 induere? Sed quid ego ista ingratis & surdis ad ueritatem  
 auribus frustra commemoro, quum Christianismus iam con-  
 tus adcosque stratus humi calcatusq; & oppressus legibus  
 mundi iaceat, ut nihil eius extet præter paucas & sine dili-  
 ctione proximi euandas, effœtasq; cærimonias? Audiam

**Hierony.** non Philonium sed diuum Hieronymum. Aliæ, inquit, sunt  
 leges Cæsaris, aliæ Christi. Aliud Papinianus, aliud Paulus  
 noster præcipit. Audiant non Philonium sed ipsum, cuius  
 religione omnes gloriamur Christum, hunc in modum sus-

**Matth.** apud Mattheum præcipientem sectatoribus. ἡκούσατε



inquit, ὅτι ἐξ ἑσῶν ὀφθαλμοῦ αὐτὶ ὀφθαλμοῦ καὶ ὀδόν  
 τα αὐτὶ ὀδόντος. ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ἀρτισθῆναι τῶ  
 δουκῶ, ἀλλ' ὅς τις σε ῥαπίσῃ ἐπὶ τὴν δεξιάν σου σιαγόσ  
 να, σῆξ' ὀφ' αὐτῶ καὶ τὴν ἄλλω. καὶ τῶ θέλουτί σοι  
 κησῶναι καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβῆν, ἄφες αὐτῶ καὶ  
 τὸ ἱμάτιον, καὶ τὰ λοιπὰ. Dicam breuiter quod sen  
 tio. Hæc uerba Christi plus apud me ponderis habent quam  
 totum corpus legum imperialiū. Ex quibus luce clarius ap  
 paret, hominibus germane Christianis neq; bellum cōgrue  
 re neq; uindictam neq; disceptationē iudicialē neq; omnino  
 similitatem ullam aut odium in quenq; mortalium. Amore  
 huius mundi atq; rerum fluxarum ac temporariarum cupi  
 dine adeousq; ad præcepta Christi obsurdescere, ut lacerato  
 & rupto charitatis uinculo fratres à fratribus uiolenta ma  
 nu spolientur, pulsentur, iugulentur, profectò non Christia  
 norum, sed impiorum & prorsus artificio diabolico exocu  
 latorum gentiliū est. Ethnici utantur telis, pilis &  
 manobarbulis armatas conserant manus, sicis, gladijs  
 q; rem gerant & quando sunt exortes cœlestium pro ter  
 renis & momentaneis bonis tanq; pro Helena Troiana in  
 ter se ferro decernant. Alia ratio Christianis est, quorum ar  
 ma non solertia ferramentariorum sed sancti spiritus opi  
 ficio fabricantur. Hos pro baltheo ueritas, pro lorica iu  
 sticia, pro scuto fides, pro gladio uerbum Dei armare debet,  
 authore Paulo, nimirum alia panoplia, & ritu milites  
 Christiani, quorum imperator charitas est, alia huius mun  
 di carnifices ordinantur in aciem. Non enim fas est cha  
 ritati iuratis odisse proximum & alieno incommodo suum  
 augere commodum. Milites Christi nō gaudent sanguine, nō



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

prædis delectantur, non opes, non uoluptates, non honores  
 captant, pro quibus mortalibus omnis oritur concertatio,  
 sed his contemptis oculos & animos uertunt ad cælum &  
 securi ac certi promissorum Christi, fide, spe, charitate cõ se  
 peruasuros credunt, quò nullis diuitijs, nulla ui, potentiaq;  
 perueniri potest. At nostri bellatores Christiani è diuerso  
 terrenæ quàm cœlestis foelicitatis cupientiores per omnem  
 ætatem serè circumferunt uenalem animam, & quando ui-  
 ta sine opibus, uita non uidetur, perpetuò sunt paratiores cõ  
 opibus ui & iniuria partis quomodo docunq; occumbere q̃ cõ  
 pietate & innocentia Christianè uiuere. Neq; hominum ge-  
 nus ullum ineptius dicas aut indocile magis ad uitam Euan-  
 gelicæ doctrinæ instituendam, quàm eorum, qui militiæ dant

Aristophanes. *operi. Scite enim & perquam facete Aristophanes in pace.*

ὄντοτε ποιήσας τὸν κακίον ὀρθῶς βαλέν.

ὄντε ποτὶ ἄνδρα λείον τὸν τεράχιον ἔχινον.

Neq; minus facete Albertus Bavarie dux ille pari uel  
 eruditione uel morum probitate præditus, acutius tamen for-  
 tasse, certè cordatius. Nam qui n post belli Bavarici victo-  
 riam homo nobilis quidam ex equestri ordine insigniter  
 se nauatam operam uerbis tragicis gloriabundus recensita-  
 set, ut qui plus hostium solus manu sua iugulasset quàm ali-  
 inter strenuissimos habiti uiginti, sperans haud dubiè pro  
 meritis insignem se à principe gratiam recepturum, pudore  
 suffusus Albertus & uersus ad proximos uoce summissa, u-  
 ctoriam inquit amo, sed homicidas non laudo, nimirum pie-  
 tati Christianæ cum cædibus humanis parum conuenire exi-  
 stimans, princeps alioqui tam pius, ut etiam nomismati suo  
 inscripserit, iustus non derelinquetur. Ceterum si sunt usqu-

quemadmodum esse non dubito inter homines militares, qui non ad ultimum perditæ fuerint mentis, neq; uirtuti, Christoq; prorsus irreconciliabile bellum indixerint, poterunt uel nostri Similis edocti exemplo receptui iam canere & fixis armis, relictisq; mundi erroribus atq; tumultibus ad pacis ac pietatis consilium uertere animum. Est quidem hominis errare, est hominis peccare, est etiam fragilitatis humane insinctu Satanae in teterrima uitia, flagitiaq; subinde prolabi, uerum in erratis, peccatis, uitijs atq; flagitijs cōsenescere ac satisfacere deniq; naturæ, hoc certe hominis non est, sed perditissimi, deploratissimi, pessimi hominis. Respicendum igitur peccatoribus est, & maturè quidem respicendum, ne uidelicet uel plus nimio duriceruicis uel diutius æquo pertinacib. mors insperata & repentina, ut fit non raro, sanioris instituti consilium omne subuertat. Non enim parui refert, quibus moribus, quo genere uitæ homo Christi renatus lauacro uel uiuat uel moriatur. Neq; cuiquàm debet esse pudori subitaria parum probi propositi, uitæq; totius mutatio, quæ sit studio pfectus melioris. Neq; facti pœnituerit, opinor, si quis incerta certis, parua magnis, mala bonis, temporaria æternis commutet. Quid autem certius promissis diuinis? quid maius cælo? quid melius regno Dei? quid magis æternum felicitate cœlesti, nullo unquàm sæculo, nullo æuo desitura? Cæterum dixerit hic aliquis, quomodo certa erunt promissa Christi? quomodo non dubia, quæ hactenus nemini satis exactè comperta nec sensu nec ratione licet, qualia sim explorare? quæ sola quoq; & nuda spectatq; fiducia citra omnem ipsorum prægustationem expectare iubemur? Quorum si Christus fidem faceret experimen-

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

to nobis aliquo ueluti gustu pollicite fœlicitatis concessio, mo profectò non per æqua, per iniqua, per aquas, per ignes perq; mille alia genera mortis eò tenderet. Primum quis es, qui dubitas, scito aliud esse, credere, aliud scire. Non autem nosse datur cuiuis mortalium præparata à Deo certatoribus in stadio Christi ino currentibus præmia, quæ quæliacumq; sunt, talia utiq; credimus ac tanta, ut neq; sensibus ullis humanis neq; animis capi queant præ exuberantibus pariter & omnia mundi bona exuperantis boni copia. Præterea ita placitum est sapientiæ diuinæ, ut ratio ueræ & æternæ salutis parandæ sola fide, non scientia constaret, atq; per fidem non per scientiam seruarietur omnes gentes. Deinde cogita præmia illa æterna ipsam Deum nobis promississe. Deum uero, qui est ipsa ueritas, halophantam & impostorem agere, non esse possibile, & minus dubitabis. Postremò nisi uerbis Dei fidem ex animo habes, etiam si milies fueris tinctus, si milies uel Hierosolymam uel Romanam cucurreris, si deniq; Christum ipsum nusquam non tecum in sinu pictum, scriptum uel circumtulit, uelis non eris Christianus. Cui fissurum putemus, qui Deo diffidit? Rata esse & indubitata promissa diuina non solum litteræ sacræ & ipsarum interpretes, uerum omnis quod ethnicorum scriptorum chorus & cum illis uel antiquissimus poëta Aeschylus in Prometheo docet his uersibus

**Aeschyl.** ψευδ' ἠγορεῖν γὰρ οὐκ ἐπίσταται σῶμα τὸ δῖον, ἀλλὰ πᾶρ' ἔπος πλεῖν, σὺ δὲ πάτηαι, καὶ φροντίζεαι ἀβυσθίας Ευβουλίας ἀμείνον' ἠγέσῃ ποτὲ. Sed longè diuinius Iohannes Chrysostomus ille nō minus pectore quam ore aureus, qui docturus promissa Christi plerisq; in



τα κίβητα, his quae oculis cernuntur bonis mundanis omnibus  
 esse certiora, inter caetera & haec refert, patriarchae Abra-  
 ham exēplo nobis ob oculos proposito. Αλλ' ουχ ὁ πατριάρχης  
 χηρ οὕτως. ἀλλὰ πάντα ταῦτα ἀφείξ, πρὸς τὰς ἐπα-  
 γγελίας τὰς παρα τοῦ θεοῦ μόνον ἔβλεπερ, προσ-  
 δοποιῶν ἡμῖν πρὸς τῶν μελλόντων πίσιν, ἵν'  
 ὅτ' ἂν ἐπαγγέλλῃ αἰ σοι ὁ θεὸς τὰ μέλλοντα ἢ οὐχ ἔξω  
 μενα. μὴ λέγῃς ὅτι ἀδικία ἐστὶν ἐκεῖνα καὶ ἀφανῆ. τὰ  
 γὰρ ἀδικία ἐκεῖνα τούτων ἐστὶ σαφέστερα τῶν ὀρωμέ-  
 νων, εἰάν τοὺς τῆς πίσεως ἔχωμερ ὀφθαλμοῦσ. ἐ-  
 γάρ ἢ μὴ εὐσεβήκαμεν αὐτὰ, ἀλλ' ὁ θεὸς αὐτὰ ἐπιπέσει  
 λατο ἢ ὑπέσχετο. ὅτ' ἂν δὲ ὁ θεὸς ἐπαγγέλλεται, οὐδὲ  
 μία μεταβολὴ τῶν ὑποσχέσεων ἀπέλει, ὥσε ἐκείνα  
 μάλιθα μένει καὶ πέπηγερ ἐν τῇ χειρὶ τοῦ θεοῦ. ἐκ γὰρ  
 τῆς χειρὸς τοῦ θεοῦ ἀρπάξαι οὐδ' εἰς δύναται. φησὶν. ἀρ-  
 πάξαι ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ πατρὸς μου οὐδ' εἰς δύναται.  
 πᾶρ οὐδ' εἰς δύναται ἀρπάξαι ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ  
 θεοῦ, ἐν δὲ ἄλλῳ μένει θησαυρῷ διαπάντοσ. ταῦτα δὲ παν-  
 τοῖαισ μεταβολαῖσ ὑπόκειται ἢ τροπαῖσ. διὰ τὸ πο-  
 λλάκις τὸν μέρ πόνον αὐτῶν ὑπομένομεν, τὸ δὲ τέλος  
 αὐτῶν ἀποσερούμεθα. ἐπὶ δὲ τῶν ἐλπίδων ἐκείνων,  
 οὐκ ἐνὶ τούτῳ, ἀλλὰ τὸν ποιέσαντα πάντως δὲ ἢ καὶ τῶν  
 σέφάνων ἐπιτηχῆρ. ἢ γὰρ ἐλπίσ οὐ καταισχύνει. θεοῦ  
 γὰρ ἐστὶν ὑπόσχεσισ, καὶ τὸν ὑποσχόμενον μιμῆται  
 τὰ δῶρα. ἀφείξ τοίνυν τὰ ἀδικία κατέχε τὰ φαινόμε-  
 να. τὰ ἢ φαινόμενα οὐ τὰ παρόντα ἐστὶν, ἀλλὰ τὰ μέ-  
 λοντα. εἰ δὲ τινεσ πρὸς τὰ παρόντα ἐπιπομένοισ τῶν  
 μελλόντων ὑπερορῶσιμ, ἐπεδὲ ἢ ἄσθενέστεροί εἰσιμ τοῦ  
 ὑψους τῆς ἐλπίδος ἐκείνης, διὰ τοῦτο ὑπερορῶσιμ, οὐκ  
 ἐπιπομένοισ ταῦτα ἐστὶν καὶ ἀδικία.

Chrysostr.



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM.  
VARIO VSVM FVISSE VIVENDI GE-  
neri Aristotelem philosophū. Nonnullis etiam profuis-  
se fortunam aduersam. Et Aristotelis exemplo  
mortalibus ad philosophiam confus-  
gendum, sed Christianā.

CAPVT VI.



Ristoteles adolescens nepotali & im-  
modico luxu, impurisq; & infamibus  
lustris bona paterna prodegit. Mox  
decocto patrimonio rei bellicae uacans  
uictum parauit. De cetero quum iam  
aliquādiu fuisset parum prospero suc-  
cessu cum fortuna luctatus atq; spem  
rursus emergendi omnem abiiecisset, relictis castris & ar-  
mis ad philosophiam conuertit animum, deditq; operā Pla-  
toni. Quo magistro ita tandem discendo profecit, docendo in-  
claruit, scribendo deniq; atq; lucubrando feracis, felicisq;  
ingenij dotes, uiresq; exeruit, ut quāuis Plato complurium  
iudicio habeatur philosophorum omnium doctissimus, apud  
non pauciores tamen in dubio sit uter utri antecellat, magis-  
ter discipulo, an discipulus magistro. Non omnes, qui  
malē coeperint malē finiunt. Non omnes malē fortunati ma-  
lē pereunt. Sunt enim qui ipsius naturae ductu & auspicio  
à foedis & parum laudabilibus coeptis ulro resiliant. Sunt  
qui alienis periculis edocti aegrē quidem, propositum tamen  
mutent. Sunt etiam, qui nisi extrema passi atq; presentis ex-  
tatio coacti, sanitatis non recordentur. Vnde fit non raro, ut  
pleriq; aduersae maiores debeant quā secundae fortuna  
gratias

gratias. Complures enim nouimus, qui quum florentes honoribus atq; diuitijs aucti molliter & intemperanter, iniuste & uiolenter aliquamdiu uixissent, rebus tandem aduersis in ordinem redacti & frugi & boni uiri euaserunt. Neq; id miraculo cuiq; esse debet. Nihil æque acuit ingenia mortaliū ad studium germanæ foelicitatis q̄ calamitates humane. Nihil æque pietatem docet q̄ res aduersæ. Nimirū foelicitas mundana coelestis obliuionem parit, & bona præsentia contemptum generant futurorum, Eueniuntq; ferè, qua non intelligo forte, Qualia ceruleum nobis sulcantibus æquor.

Nam quæ admodum secundo uento ac aëre tranquillo nauigantes uertimur ad comessationes & fabulas, & securi periculorū nūc lusibus & iocis, nūc ocio & somno tempus terimus, si uero repente præter sp̄e atra exoritur tēpestas, si stridant uento rudentes, si malum curuetur, si frangatur clauus, si nauis gliscentibus in horas & grādescensibus pulsetur fluctibus, tum demum cōditionis nostræ meminimus, opem poscimus diuinam, inelamamus Iesum, & uita ante acta tota in memoriam reuocata & excussa commissorum poenitet, ueniam petimus & nullis non precibus, nullis non uotis fatigamus Deum, ut propitius nostri uel misereatur uel curam suscipiat, ita secundis rebus oscitantes & supini rapimur ad secordiam et uoluptates, aduersis monemur officij. Neq; facile reperias, qui periculosius uiuant, q̄ qui se totos de licijs uoluptatibusq; dedunt. Nam dum se putant beatos & bonis perituris oblectant, orbant æternis. Impossibile est, inquit Origines, eundem & præsentis bona consequi sæculi & futuri. Et rectè id quidem atq; circūspectè, Nemini enim

datur, ut utrobiq; sit beatus, in cœlo uidelicet & in terra. Quæ res utiq; facere debet animos calamitosi ad patienter ferendum quidquid se fortunæ obtulerit. Animatos igitur uolo omnes in Christo renatos; & monitos, ne statim ceu deo inuisi despondeant animam aut uicem suam deplorēt, si quādo præter opinionem rebus premamur aduersis, sed incantationem aliquam, qua necessitatem inuitabilem si talis obiectetur, in uoluntatē uertant & Aristotelis exemplo relictis mundi nucibus, quod aiunt, & nugis non tam ad Platonis q̄ ad Christi philosophiam se conferant. Hæc. n. sui studiosos reuera in erroribus emendat, protegit in piculis, in morbis curat, solatur in ærumnis, in afflictionibus omnibus recreat atq; tranquillat. Beatus, quisquis ex animo se huic erudiendum dederit. Non fieri potest, ut pereat tamæ doctricis auditor diligens. Hæc longē diuersa docet, longē discrepantia à mundanis cōstitutiuiculis, nimirum in qua quis hoc insignis promouet, quo plus in hoc mundo calamitatum pertraherit, ut planē intelligas non idem institutum conuenire Christi & mundi sectatoribus. Alia suis Christus, alia mundus decreta præscribit. Mundus placitis & legibus diaboli ceu sui principis obnoxius per amœua, per dulcia, p uoluptuosa suos admiratores ducit, sed ad gemitus, ad lachrimas, ad luctum & mortem immortalē. Contra Christum, quos dato nomine semel diuinæ ciuitatis elephantino libro inscribit, per tristitia quidem & amara & luctuosa, sed ad gaudium prouehit & regnum & uitā æternam, nullius finis, nullius mutationis capace. Operæ precium uisum fuit hoc loco, ut aures uelliscenur primatibus & satrapis huius mūdi, quorū plerisque nihilō inertiore aqualiculi seruos uideas q̄ urbium et regio



nam dominos. Nā licet fide Christi se uenditent præ cæteris  
 & in cõcionibus ceu aliorum Aristarchi nunq̃ non primū lo-  
 cū occupent, ipso tamen uitæ instituto, quo certior nullus hu-  
 mani cordis index haberi potest, mundanæ se factiõnis esse  
 & Satanicæ partis haud dubiè declarant. Ego sanè mores  
 & uitam illorum uoluptariam & mollem & plusq̃ Sarda-  
 napalicam amissi ad mouens euangelicæ, haud uideo qd sine  
 eũ germanis & cruciferis Christianis habituri cõmunè, præ-  
 ter unicū, & id quidē inane & umbratile nomē. Hoc uerū  
 esse tum utiq̃; intelligent, quū tot bonis membra Christi affe-  
 cerint, quos nūc malis affligunt. Hæc paucis adnectenda du-  
 ximus, nō quod sit spes aliquos ad mentem saniozem reditu-  
 turos, quamq̃ spē corrigendi mores in melius nemini adima-  
 mus, sed ne quis imitādos putet, quos constat remis ac uelis,  
 quod aiunt, fugiendos, quandoq̃dē grex totus præcipue ses-  
 ctarium sequitur, & nullius exemplo magis mouetur animo  
 humanus trahiturq̃; ad imitandum quam uel principis uel  
 uel presidis, siue bonus ille sit siue malus.

QVIBVS VERBIS APPELLES ALEXANDRVM  
 ineptè pleraq̃; de arte pictoria garrientem officij admonui  
 erit, atq̃; docendi officium esse eius, q̃ didicit. Item Chri-  
 stianos nō sectari cultū extrarium. Cap. VIII.



Appelles Couis pictor eximius Alexan-  
 dro Magno quōdam officinam ingres-  
 so & ineptè pleraq̃; de coloribus &  
 lineis & umbris, cæterisq̃; picturiæ ar-  
 tis instrumentis ac legibus disputan-  
 ti, cernis, inquit, istos minium con-  
 terentes pueros? Introeuimẽ



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

atq; tacite aſſidentem ceu miraculo quopiam obſtupſiſſi-  
 te purpuramq; tuam contemplantur. Nunc uero ſimul  
 que diſſerere ſuper his rebus cœpiſti, perinde quaſi perpeti-  
 & imperite locutum omnes derident. Feſtiuò & peri-  
 comiter iracundum alioqui ſuapte natura regem, atrocem  
 & officij admonuit Appelles & ſilentij. Non bene doce-  
 artem, qui non didicit. Neq; coriarius de ſiglina, neq; ſig-  
 lus de coriaria perite, ſciteq; diſputabit. Neq; par eſt, ut ar-  
 indoctus doctum doceat, quamuis ille uel honore uel opibus  
 hunc præſtiterit. Non, n. potentia, non aurum, non claritas  
 do generis indocto addunt ſcientiam, ſed indoctus eſt indo-  
 ctus, uel ſi nobilitate ipſum Romulum æquauerit. Proinde  
 optimo iure meritum, debitumq; Διδάκτωρ loro & ſer-  
 la reddendum decernimus ei, qui ſus Mineruam & magiſtri  
 prius q̄ diſcipulus alios docere p̄ſtitetur, qd̄ uel ipſe ignorat  
 uel auditores aliquanto melius tenent ipſo profefſore. Ceter-  
 rum ſuæ quiſq; artis optimus magiſter eſt, atq; is demum op-  
 time artem docuerit, qui optime didicit. Iam uero ſi fuerint  
 qui neminem eruditum, neminem prudentem, neminem hon-  
 ſtum & bonum uirum arbitrentur, niſi purpura niteat, niſi  
 ueſtiatur holosericis, niſi monilibus & annulis & torquibus  
 aureis incedat phaleratus, hi tantum ſe abeſſe à uero ſcientia  
 ut alia re nulla magis fallamur quam hac dolosa & ſucata  
 uirtutis imagine. Nam cultu illo corporis liberali & ſple-  
 dido enormia plerunq; animi & fœda dictu teguntur ſu-  
 gitia. Atq; ut mea fert opinio, ſepius ueram ſapientiam ſub  
 ſordido centuculo quam ſub regali trabea latitantem reper-  
 rias. Certè quo quiſq; uir fuerit melior, hoc minus cultu de-  
 lectatur extrario. Vanus uana ſectatur, Delirus deliramentum

tis gaudet. Mirari aurum & argentum, lapillos & uniones  
 magni facere, amiciri serico & uestibus rore tyrio tinctis ca  
 ptare plausum popularem, hominum est parum cordatorū  
 et res fluxis eternis preferentium, non Christianorum, quo  
 rum uita tota poenitentia esse debet & sobrietatem euange  
 licam, crucemq; Christi spirare. Mustelle crocoton, ait pa  
 roemi. Quo mihi patagia & paludamenta imperatorum,  
 qui semel mundo cum suis fascibus nisi repudium? Quo mi  
 hi mollicies & luxus uestium, apud quem pannosi, ac squali  
 di apostolorū bardocuculli pluris habentur abollu regum?  
 Quo mihi mundi strepitus, cui unius gratia Christi est nul  
 lis non Caesarum triumphis anteferēda? Vestis palmata Chri  
 stianorum fides est, monilia preciosa, opera charitatis. Non  
 auri aut ostris, sed euangelicarum uirtutum fulgore debent  
 radiare Christi sectatores germani. Neq; fas est, ut qui coele  
 sti glorie student auxiē querant mundanam. Virtus Chri  
 stiana non eget ornatu exotico. Squalore & siu nitescit, ele  
 gantia & luxu obfuscatur Satis eleganter se uestitum sciat.  
 Satis plausibiliter ornatum, qui acceptam in baptisinate ue  
 stem candidam à mundi maculis & sordibus incontamina  
 tam seruauerit, etiam si quamlibet uili & obsoleto amicitur  
 palliastro. Excordes igitur censendi sunt, quem admodū Cys  
 rillus Alexandrinus episcopus ait, ac parū sanæ mentis, qui  
 ob habitum externum, non ob interna bona hominem suspi  
 ciunt. Parum promouisse in fide Christi ac γαλακτοφά  
 γου adhuc esse Corinthium sese arguit, quisquis in homine  
 christiano mūdi luxū, mollicieq; uel desyderat uel demiratur.  
 Nō .n. qui preciosius uestitus, sed qui ardentius Christū secu  
 tus fuerit præcipuam in ecclesia laudē, admirationemq; mere

Cyrillus.

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

tur. Timendum tamen est, ne haud parum multis usu eueniat in paludatis ac trabeatis proceribus mundi etiam hac tempestate, quod pueris Appelleis in purpurato Alexandro hoc est, ne tot Simij purpurati ac tot bene uestiti potius quam eruditi in ecclesia duces & antesignaui simplicioribus fratribus imponant, & quos uerbo ac doctrina ad Christianum adducere debebant, ipso opere & exemplo auersos ab eius preceptis ad mundi mores allecitem, quando uulgus imperitum ex uestitu magis quam ex rerum peritia uirum aestimat. Me sane ista nunquam fefellit opinio ut crederem elegantior certum incultae mentis inditium est. Verum hac de re alias plura.

DE MORE GYMNOSOPHISTARVM IN ERV  
diendis discipulis. Item pueros non minus ut benefaciat  
q̄ ut bene dicant instituendos. Cap. VIII



Gymnosophistis Indicis quotidie subeant nam aliquanto priusquam accumberent ex instituto ueteri mos erat conuocandi discipulos atq; percontandi quibus quisq; opae bonae eo die nauasset. Quibus igitur edito specimine facinoris aliorum cuius egregij commendabantur, ipsi pro facti merito collaudatis cenandi dabatur copia, ceteros incenatis uelut ignauis & inertibus fucis cum ignominia foras ad opus faciendum expulsis. Studio debet esse praecceptoribus, ut nihilominus mente discipuli quam lingua, nihil



minus factō quā dīctō emīneant. Nam uirtus uera, id est fides Christiana, quæ sola mortalibus æternæ salutis patefacit aditum, ut & actiuosa semper est & optimarum rerum paru fecunda, non tam orationis copia & nitore constat, quā studio piorum operum ē cordibus mundis ac deo deuotis erumpentium. Pulchrum quidem est bene dicere, & quemadmodum uidemus, multorum uotis petitur, uerum bene facere longē pulchrius, longē diuinius. Oratione diserta atq; cordata, mortalium animos afficimus, flectimus, capimus, tenemus, ipsorumq; nobis conciliamus beneuolentiam. Factis pijs & religione Christiana dignis ipsum Deum quoq; demeremur, recepturi ab illo mercedem olim inestimabilem, cœlestis regni perpetuam & nullo euo desituram foelicitatem. Nam licet quidquid boni fecerimus donum Dei sit, ad eō ut iuxta beati martyris Cypriani sententiam, nihil habeamus, de quo uelut nostro gloriemur, & idcirco non operibus, sed uni fidei salus & iustificatio nostra referatur accepta, haud dubiē tamen ipse sua dona credentibus Deus imputat, eaq; ceu nostra nunquam non cumulatis sine remunerat. Non igitur idem est bene dicere & bene facere, sed interest aliquid inter uerba & opera, quemadmodum et argumento sunt non pauci ē rabinis nosstratibus. Qui quum id temporis miro sanctimonie furo personati magno supercilio & minacibus uerbis pro concione detoneēt in populum simplicem & inerudium ut fidem Christi capessant, tēperant a uitijs, uirtutē sectentur, terrena spernāt, capiunt cœlestia, corporis uoluptatibus renūciant, auaritia et luxu et reliqua turpitudine uitæ quilibet isignes foeneratores, quamlibet profusos, pditosq; ganeones, lurcones, nepotesq;

Cyprian.



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM.

uel æquant uel exuperant, nimirum uerborum tenuis thelos  
 factis uero uel ipsis ethnicis deteriores. Proinde partes erudi-  
 eorum, qui sunt magistratus, quiq; benè prospectum rebus  
 cupiunt præficere ludis literarijs uiros graues aliquos  
 æquè uirtute atq; facundia præstantes, qui non poenitenda  
 olim dedocenda doceant, qui non solum linguam, sed & mo-  
 res & mentes etiam iuuentutis ad amussim & regulam eu-  
 gelij fingant ac forment, qui deniq; suis ipsorum exemplis  
 nihilominus quàm præceptis amorem Christi & ueram  
 germanumq; Christianæ religionis cultum teneris adhuc  
 rudibus animis inserant, insinuent, infundant. Nam in re-  
 pub. benè constituta & non minus pietate ciuium quàm op-  
 bus foelice thesaurus præcipuus esse debet ludus litterarum.

Aristotele. Aristotelis hæc uerba sunt in secundo de moribus libro ad  
 Nicomachū, οὐ μικρὸν διαφέρει τὸ οὕτως ἢ οὕτως εὖ θύει  
 ἐκ νεῶν ἐθίζεσθαι, ἀλλὰ παμπόλυ, μᾶλλον γὰρ τὸ πᾶν  
 Doctē quidē Aristoteles & appositē. Sunt. n. inter pueros  
 q̄ sūt olim rēpub. recturi, benè q̄ dē si benè, malè uerò si malè  
 fuerint eruditi. Caterū non impresens modo, sed in posterum  
 quoq; reipub. prospexisse prudentis magistratus est. Fiu-  
 non nascuntur ciues frugi & boni. Et magistri homines à  
 natura inchoatos & imperfectos doctrina et eruditiōe ab-  
 soluunt. Nam eruditio multum hominis addit homini, si sci-  
 tē atq; tempestiuè adhibita ingenium docile & liberum à ui-  
 tiorum sordibus occupauerit. Rectē profectò habet uulgatū  
 ille senarius. ὁ γὰρ ἀμάρτωρ ἀπειροῦ οὐ βλέπει βλέπων.  
 Hanc ob rē omnino morē Persarum nobis imitandum existi-  
 mo, apud quos pueris præficiuntur selecti quidam c̄ seniorum  
 numero uiri, & qui uidentur ipsos longè optis

mos reddituri, quemadmodum prodit socraticus ille Xenophon in præclaro opere, quod Cyri Pædiam inscripsit. Ad hæc si laudi esse solent urbibus, si usui quoq; et ornamento sunt opulencia ærarij, fossæ latæ et altæ, ualidi et sublimes muri, leges circumspicte, prudenterq; latæ, quanto magis laudibus ferendæ? quanto opulentiores, pulchriores atque feliciores censendæ, si tot bonis et eruditis uiris auctæ? tot ciuibus optimis disciplinis à puero institutis fuerint ornatæ? Etenim uera opulencia, uerum robur et firmamentum, uera propugnacula, uera ornamenta et præsidia reipub. non ærario, non fossis et mœnibus, non deniq; armis et legibus et magistratibus, sed unica duntaxat uirtute atq; pietate ciuium constant. Ciues. n. ueri sunt muri, ueræ turre, uera munimenta atq; decora, opesq; ciuitatis Christianæ, si modo sobrii dei timentes, obseruantes pietatis euangelicæ et in lege domini benè eruditi fuerint. Alioqui quod ærarium satis opulencum? quæ fossæ satis altæ? quæ mœnia satis firma uel ferrea? quæ leges, qui magistratus satis uel scite excogitati uel creati prudenter impijs et stultis ciuibus? Præclare igitur, simulq; festiuè Plato de mœnibus ciuitatis, quam constituebat libro de legibus sexto. περι δὲ τεχνῶν, inquit, ὃ μέγιστον ἐγώ γε ἀμτῆ σωάστῃ ξυμφεροίμην τὸ καθεύδων ἑστῶν ἐργῶν κατὰ κεῖμενα τὰ τεῖχῃ, καὶ μὴ ἔπιανισάναι τῶν δὲ εἰνεκα. καλῶς μέρ καὶ ὁ ποιητικὸς ὑπὲρ αὐτῶν λόγος ὑμνεῖται, τὸ χαλκῶ καὶ σιδηρῶ Δεῖν εἶναι τὰ τεῖχῃ μάλλον ἢ γῆϊνα. Nimirum qui in animis ciuium, non in turribus ac mœnibus tutelam ciuitatis, felicitatemq; profuerat, Præclarius tamen regius psalter noster. Ἐὰν μὴ κύριος φυλάξῃ πόλιν, εἰς μάτην ἠγρύπνησεν ὁ φυλάσσωρ.

Xenoph.

Plato.

David.

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM.

Curandum igitur, ut eo modo instituantur pueri, quo & opimi & pietatis amantissimi uiri euadant, quandoquidem & ipsis illud est & reipub. toti certissimam salutem allaturam. Scopus enim unicus esse debet rebuspub. Christianis omnibus non terrena, sed eterna salus, quae nulla ratione est nulla arte alia quam fide & obseruatione praecceptorum Christi parabilis.

ARS TYPOGRAPHORVM QVANDO

& à quo inuenta? & eius inuentori gloriam & memoriam deberi immortalem.

CAPVT. IX.



Rtem illam prænobilem Typographorum, qua libris formis excudunt, primus omnium excogitauit & ad inuenit uir admirabilis ingenij Iohannes Gutenbergus in ciuitate Germaniae, cui nomē Maguntia, anno à Christo nato. M. D. quinquagesimo, ante exortum nostrum annis plus minus quadraginta. Nemo fraudandus gloria sua est, Neq; decet, ut qui inuandi studio multis profuerit, nullam uicissim collatorum gratiam beneficiorum sentiat. Nam sua cuiq; operario merces debita reddenda est, bono bona, malo mala. Suis cuiusq; factis par gratia pensanda. Suis cuiusq; meritis digna reponenda praemia. Hoc si equum est, si honestū, si iure et lege cautum, si deniq; omnium gentium atq; adeo ipsius naturae quoque tacito consensu comprobatum & in usum receptum, profecto rei tam praecellae, tamque insigniter utilis inuentori gloria & memoria debetur immortalis, eaq; nihilo uilior, nihilo paratior



atq; obscurior quàm illis, qui ipsas primitus inuenerunt  
 literas. Verum hæc *ἡ ἀρετὴ καὶ ἡ εὐδαιμονία τῶν ἀποστόλων* *ἡ ἀρετὴ*  
 ad lectoris tamen somnolentiam excitandam apposita.

MEMORABILE DICTVM ATHENO-  
 dori philosophi ad Augustum. Iracundo nihil rei magnæ et  
 seriæ agendum. Christianos decere mansuetudinem.

Fouendos à principibus uerè doctos.

## CAPVT X.



Philosopus Athenodorus conuictu et  
 familiaritate Augusti nobilis, quum  
 iam plenus annorū senectute ultima  
 premereetur atq; ob id ipsum impetra-  
 to comiteu redeundi ad suos pena  
 tes, nouissimo die, quo Roma abire  
 placebat, Augusto gratias ageret ac

de more bene precaretur, iamā ut paratus erat iter capessu-  
 rus, inter cætera tū et hoc salutare & cū primis memorabi-  
 le præceptū pinde quasi aliqd' sui uel absentis monumentū  
 futurū adiecit. Quū ira te coeperit o Cæsar, nihil prius neq;  
 dicas neq; agas q̄ quatuor & uiginti litteras clemētarias te-  
 eū ipse tacitus ordine recensueris. Ad hæc placido uultu Au-  
 gustus et leuiter manu manū eius præhēdens, feci quidē, inqt,  
 præcātī potestātē abeūdi in patriā, amice Athenodore, motus  
 canis & annis tuis, uerū quando diutius tua mihi præsentia  
 opus esse uideo, non ingrātū fuerit. si tu quoq; meis uicissim  
 precib. exoratus, præproperam, quā paras profectiōnem in  
 aliud tempus distuleris. Est igitur Athenodorus annū inse-  
 quentē in gratiam Augusti totū Romæ remanere coactus.



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM.

Nihil rectè fit, quod commoto fit animo. Vnde homines iracundi & ἀκροχολοὶ & suapte natura in rixas & altercationes prouisi rebus gerendis non sunt apppositi, sed submouendi & arcendi ab omnibus publicis muneribus ceu certi quidam & manifestarij turbarum, seditionumq; anthores. Etenim haud facile creditum est, quod ira sese intra iuris, equitatisq; cancellos contenturum, quando nulla re alia quam tempore distet iratus ab isano. Hoc nomine fuerit operæ precium, ut qui supra modum irritabilis & morosi sunt ingenij, quibusq; impotes mentis qualibet offensa in rabiem aguntur, uel procul negotijs uitam agitent uel imperijs magistrorum, scientisq; eruditione animis regantur, ne uidelicet instinctu feritatis atq; in domitarum cupiditatum impulsu instar brutorum & furentium animalium quandoq; in propriam ruant perniciem, id quod passim haud citra iacturam alienæ quoq; salutis accidere uidemus, quum insontes interrim pariter cum fontibus rapiantur in periculum. Nam quod malo plurimorum quotidie comperitur, non solum infamiae est ira atq; dedecori, quemadmodum cetera mortalibus uitæ, uerum ærumnis etiam onerat, exponit calamitatibus, dubijs casibus obijcit, in capitis quoq; discrimina perpellit, si quos parum cautos ac mentis confidentioris coeperit. Multi enim multa fecerunt per iram, quæ fecisse (ut iræ pedisse qua poenitentia est) ex animo doluerunt. multos afflixit ira, multis exitio fuit, multos quoq; alioqui egregios uiros de sublimi felicitatis humanæ fastigio in sortem extremæ miseriæ pessum deiecit. Adhæc complures ciuitates, neque pauciores populos, gentes, nationes torsit, uexauit, oppressit, perditum iuit. Vnde quorundam sententia, homo

ira correptus, quia mente quoq; capitur, non hominum est,  
sed atrocium & immanium bestiarum numero habendus.  
Quid enim homo ablata mente & ratione aliud quam be-  
stia? Quale uero monstrum putemus, quale portentū, quod  
hominem omni dignitate, præstantiaq; bonorum humano-  
rum exutum in bestiam transformet? Indignum facinus, ha-  
ctenus à sese, naturaq; sua degenerare hominem, ut iure hu-  
mani quoq; uocabuli possessione deiciatur. Est igitur sum-  
ma ope, curaq; eritendum, ut hoc mali, hoc pestis humano  
generi tam foedæ, tamq; perniciosæ non modo oppugnemus  
uerum pro uirili expugnemus etiam, in primisq; huic perin-  
de ac euidenti & non dubio Satanae laqueo, quo necere nos  
molitur atque pertrahere in nassam interitus, opponamus  
mansuetudinem & cunctis mortalibus imitabilem patientiã  
Christi. Cuius doctrinam, exemplumq; pro se quisq; pio stu-  
dio certatim æmulati, quum alijs ansam non præbituri su-  
mus insaniendi, tum laceßiti quoq; indignationem, iniuriã-  
que qualemcunque forti animo quasi deuoraturi. Nam is de-  
num uir bonus mihi atque germane ac uere Christianus uis-  
detur, qui spe, curaq; omni in Deum coniecta per multipli-  
ces & uarios insidiosissimi huius mundi casus multa patien-  
tia exercitus & æqua & iniqua pari ferre animo potuerit,  
si quid secundi accidat, laudem, si aduersi, ultionem Deo om-  
nem transcripturus, neque minis neque promissis, nec ui nec  
blanditijs ullis à uero mobilis, sed idem per omnem uitam  
eundem spectans perpetuo scopum, nimirum præcepta &  
uoluntatem dominicam, nunq̃ non sollicitus, ne quo casu ex-  
cidat & illecebris, præstigijque rerum fluxarum deceptus  
aliorum auocetur, quam quã Christus incendendum suis

## CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

imperauit. Nihil enim diuersius est, nihil magis alienū à pietate Christiana quàm feruens ira & uindicta flagrans animus. Contra nihil magis decet hominem Christianum quam sedatum & mite ingenium. Apponit suum calculum *Chrysof.* sententiæ diuini Iohannes Chrysostomus, cuius ista sunt uerba. πολλὰ μέρων εἰσὶν ἅ ἐστι χειρῶν αὐτοῦ πρέποσα. μεῖζον δὲ ἀπασῶν ἡ ὑπερόχως. τοῦ γὰρ ταύτη διαλόμποντας. μόνου ἐστὶ θεῶν ἡλωτὰς ὁ χριστὸς ὀνομάζει. Mansuetudo amica est, ira inimica charitatis fraternæ, sine qua nemo Christianus esse potest. Cæterū si fuerint, quæ ob natiuam indolis amarulentiam temperare sibi nequeant, quo minus oblata occasione in festu ferantur in aduersariis, hi saltem Athenodori consilio, imperato temperario silentio impetum furoris aliquamdiu cohibeant, dum uidelicet motæ ac feruidæ mentis incendiū quantulacumque data mora & spatio temporis nonnihil deferbuerit. Neque ut frigidū cōtempui debet esse, qualecumque id uideatur documētū Athenodoricū. Nam & Theodosius maior princeps Romanus prater Augustū uti eo non est dedignatus & quantum ualeat breuiuscula licet illa mentis auocatio, quæ recēsendis litteris impenditur, quantum uiriū habeat ad sedandos atque tranquillandos furentiū animorū spūs, totūque cōmoti hoīs importunitatem cōponendā nemo non uel quotidianis experimentis didicerit. Quāuis quod ille de quatuor & uiginti litteris, ego de oratione dominica dixerim. Habent. n. uerba Christi quiddam latentis in se & salutaris amuleti, etiā si mente parū pia interdū proferrantur. Et quæcūque à philosophis uel excogitata subtiliter uel sapienter disputata sunt, iūcta fidei Christianæ sunt meliora. Hoc tamē loco lector mihi prudens nō solū spe



et solertiã docentis philosophi, ut qui tantæ re' frugis tã er-  
 pedito & facili & nusq̃ nõ obuiò proposuerit argumento,  
 sed nihilo incuriosius, nihilo supinius ponderet rarũ institutiũ  
 consiliũq; Augusti, qui Romani imperij tũ temporis amplis-  
 simi princeps cani & rugosi & grandæui iã senis conuictũ  
 congruente, necessariũq; duxerit, quo tantas fortunas, tan-  
 tã felicitatẽ, maiestatiq; rerũ uel ornaret uel fulciret uel cu-  
 mularet. Et recte id quidẽ atq; præclare. Nam quẽadmodũ  
 ait Sophocles. σοφοὶ τὴν αἰὼν τῶν σοφῶν ἔκλυον ἰα.  
 Prudentis ẽ et sobrij principis haud minore diligentia uaca-  
 re meditationi amplificandæ uirtutis q̃ aut opulentia augen-  
 dæ aut imperij profrendi studio dare operam, siquidẽ non  
 potestas, sed sapientia iũcta potestas & seruat et secũdat im-  
 peria. Hinc est, quod sua cuiusq; fortuna populi præcipue se-  
 quitur uel sapientiam principis uel amentiam. Neq; gens  
 ulla usquã neq; respub. poterit aut beata esse, cui temera-  
 rius quispiã & parũ circumspectus, aut misera, cui eruditus  
 & sapientia studiosus præfuerit. Qui igitur potestate ali-  
 qua præstat, huic ut eruditione quoq; præstet emittendum est.  
 In primis uero curæ sit principi, ut excellat non minus pie-  
 tate & mansuetudine q̃ opũ & armorum gloria, neq; tam  
 stiperetur satellitibus armatis quã uiris uere doctis latera se-  
 piat. Verẽ doctos dico, non qui hodie stematis ac theologiae,  
 legũq; superbis titulis inflati primũ locũ in aulis occupant,  
 principesq; suis infectos moribus ad pessima quæq; impel-  
 lunt facinora, dum uihil aliud suggerunt quã quod uolu-  
 ptates pecuinas & sordidum quæstũ oleat, sed quos præter  
 litterarũ præstantiã etiã pietas & probatoris uitæ sanctimo-  
 nia cõmendat, qui non opes æquo, nõ utile honesto, non frus-

Sophocles



dem & fucum ueritati anteponunt, amore uirtutis potius  
quàm legis cuiusquàm metu boni ac temperantes à uitijs  
eoque nulla gratia, nulla pecunia, nullis donarijs promissa  
que corruptibiles. Hos exemplo Augusti foueant principes  
hos dubijs rebus consulant, hos imitentur, ab his quotidie  
audiant & addiscant aliquid principe dignum. Tales non  
iudicio uerè docti sunt, tales uerè eruditi. Illi uero, qui cupi-  
tant fauorem potentium, qui ambiunt honores, qui in do-  
cuijs nepotantur, qui ut sit, quod in assuetas corporis uolup-  
tates prodigant, nulla neque pietatis neque humanitatis con-  
tione habita per fas & nefas undecunq; corradunt diuitias  
uel si Bartholum & Baldum unà cum ipso Iustinito  
deuorauerint, nihil sani sapiunt. Etenim quum uera sapien-  
tia uerbis Dei ac scitis, decretisq; constet Euangelicis, scilicet  
tasque humana omnis haud dubiè à gratia diuina pendet  
quid consilij salubris? quid solidæ felicitatis putemus expo-  
ctandum ab ijs, qui opes uirtuti, uentrem euangelio, momen-  
taneas uoluptates æternæ uitæ anteculerint? Breuiter, ut res  
omnium rarissima est, ita pro thesauro incomparabili haberi  
dus pius, eruditus & fidus consultor, maximè monarchicis  
rebus pub. quibus nihil tam obest quàm impia & inconsulta  
consilia. Considerandū igitur, quos quis & quibus de rebus  
consulat. οὐδὲ μ γὰρ κωλύει, Cebes inquit philosophus  
εἰδέναι μέμ γράμματα, καὶ κατέχευτὰ μαθήματα  
πάντα, ὁμοίως δὲ μέθυσον ἢ ἀκρατὴ εἶναι καὶ φιλα-  
γυρον καὶ ἄδικον καὶ προδότην, καὶ τὸ πέραρ ἀφρο-  
ἀμέλει πώλλους τοιοῦτους ἐσιμῖδ' εἶν. Hanc obrem, nisi  
quis pietatem cum doctrina coniunxerit, mihi uerè doctum  
non uidetur. Frustra sapit, immo nihil sapit, qui impiè uiuere

Cebes.

rit. Neg

rit. Neq; alijs bene consuluerit, qui sibi met ipse male consu-  
lit. Ceterum pessime sibi consulit, quisquis neglecte  
Christi doctrine mundi sapientiam pretulerit. Id quod  
accidere hac tempestate uideo haud parum multis, neq; ijs  
obscuri nominis in ecclesia uiris, qui bona parte uitae in Aca-  
demijs & literis exacta, euocati tandem semicani iam &  
etate prouectiores ab regibus & monarchis, nihil aliud se-  
cum afferunt in aulas & consistoria quam cum paucis &  
frigidis Dialecticorum quorundam nenijs & nugamentis  
ingentem pessimorum & aduersissimorum Christianismo  
morum, uitiorumq; congeriem, nempe auaritiam et luxum,  
temulentiam & impudicitiam, supercilium & fastum, leui-  
tatem & impatientiam, & imprimis uerbi diuini insig-  
nem inscitiam pariter atq; contemptum plusquam gentilem.  
Tales quid aliud dixerimus, quam diu discendo nihil didicis-  
se? Certè nihil discit, quisquis discendo non sit melior, quam  
do studiorum & laborum nostrorum omnium fructus &  
finis debet esse pietas.

LEONIS BIZANTII DICTVM IN CONVI-  
tiatorem, & non esse hominis Christiani incesse  
aliquem conuicijs. Cap. XI.



EO Bizantius, quum sibi gibberosus  
quidam conuiciator inter cetera ma-  
ledicta oculorum quoq; ualitudinem  
ceu pudendum uitium obiectasset,  
ἀνθρώπινον, inqt, πάθος ὄνειδ' ἦεν,  
ἐπιτοῦ νότου φερων τῶν νέμεσι.  
Liber esse debet à uitijs, qui uult in-

cessere aliquem cōuicijs. Alioqui si quis quæ uult dixerit, est uicissim quæ non uult auditurus. Scite enim Sophocles

Sophocles

φιλή γὰρ, γλῶτταν ἐκχέρας μάτλω,  
 Ακῶν ἀκούειν οὐκ ἐκῶν ἔπιη λόγους.

Proinde expendas oportet quid in quem dixeris. Non enim herent iacta in bonum uirum probra, sed in conuitiatores plerumq; resiliunt. Expuit in cœlum, quod aiunt, & lapidem in saxum proijcit, qui iecerit in probum & integrum hominem conuicia. Iam uerò illa incommoda, cuiusmodi sunt mala ualetudo, facies parum liberalis, genus obscurum, familiaris inopia atq; eius farinæ alia, quibus uoluntate diuina & arcano dei iudicio ferè optimus quisq; passim oritur et affligitur, nemo sanæ mentis cuiq; uerterit uicium nimirum quæ ut potestatis nostræ non sunt, ita calamitatum potius quàm uitiorum numero habenda. Vnde grauiter Demosthenes in oratione περὶ τοῦ σεφάνου. ὀσις, inquit, ἐστὶν

Demost.

Isocrates.

θεωπορὸν ὡν ἀνθεώπων τυχλῶ πρόφρα παρτελῶς ἐπιόκτου ἡγοῦμαι. Et Isocrates ἐν τῷ πρὸς Δημόνικον. Μὴ δὲνὶ συμφορὰν ὄνει δ' ἴθης. κοινὴ γὰρ ἡ τήχη καὶ τὸ μέλλον ἀόρατον. Irritatur enim ira diuina, si calamitosos conuicium meliosè tractaueris. Et pauperes & calamitate pressi omnes in tutela Dei sunt. Ne igitur plus nimio tibi placeas, si uultudinem sanus egro uel diues pauperi egestatem opprobaueris, quum non habeas exploratum quam diu tibi eadem sit fortuna duratura. Nemo tā foelix est, nemo tā cumulatè beatus in hoc mūdo, quin fieri queat aliquando miserimus. Ceterū neq; ingerere neq; regerere conuicia hoīs christiani est, cui satius esse debet patiēter ferre cōtumeliā q̄ cōtumeliā quæq; afficere. Etenim haud par ē, ut cōuicijs et maledictis



litetur in proximū, cui bene dicere & facere etiam inimicis  
 præceptum est à domino. Ethnici mala malis rependāt &  
 mādano more et iurē sese uel tueantur uel uindicerent. Nos, q̄  
 Christo sumus initiati paciētiā imitemur Christi, q̄ nobis ē p̄  
 cōiūtio laudē, pignominia gloriam, p̄ damno lucrū, pro do  
 lore gaudiū, p̄ morte temporaria uitā eternā repositurus.  
 Αἴχμη τὸ π̄ ἄνδρα δὲ ἐκκυσσῶν ait adagiū. At ego dixerim, pa  
 tiētia christiānū arguit, Nō. n. facile reperias, quo magis di  
 scernatur christiānus ab ethnico q̄ qd' ille paciētiā Christi  
 edoctus iniuriā omnē facili fert animo, hic interim uel uno  
 uerbo parū tempestiue plato offensus mouet tragœdias &  
 summa imis miscet, nihil sibi faciens reliqui, donec sumpta  
 de aduersario poena prurientem ultione animū expleuerit.  
 Eximia res est & impendiō congruens Christiāno paciētia,  
 quæ à diuo Ambrosio perfectio dicitur charitatis, ut intelli  
 gas illā nō solū Christiānū, sed p̄fectū quoq; Christiānū argue  
 re. Vnde et antiquissimus oīum latinorū theologorū Tertul  
 lianus, ita inq̄t, p̄posita dei rebus est paciētia, ut nullū præ  
 ceptū obire quis, nullū opus domino cōplacitū: p̄petrare ex  
 traneus à paciētia possit, Nemo igitur se speret in fide christi  
 si insigniter promoturum, nisi fuerit in hac uirtutū Christia  
 narū heroina pulcherrimā diu, multūq; exercitatus. In sum  
 ma, quo simus ad cōtumelias et ceteras iniurias ferēdas ani  
 mi paratioris, nosse debemus paciētiā esse symbolū euidē  
 tissimū habitātis in homine spiritus sanctis, quem admodum  
 & impatiētiā spiritus maligni.

Ambro.

Tertullia.

DE MARIO OFFERENTE ET METELLO DE  
 precante nuptias, Impar connubiū fugiēdū. Christiāno Chri  
 stianis moribus præditam ducēdam. Cap. XII





Aius Marius filiam suam genere clarissimam, dote prædiuitem, conspicuam forma, fama sobrietatis & uirtutis opatione celebrem dare nuptum uoluit Metello. Is detrectans connubium & nuptias facetijs eludens, malo, inquit meus esse quam suus. Cui Marius imò ipsa tua futura est. Et Metellus, imò maritum oportet uxoris esse, & idcirco tantum habet libertatis maritus, quantum indidserit uxor. Nam ut aiunt Logici, talia sunt subiecta, qualia prædicata permiserint. Affectanei nuptias cauendum, ne dominam sibi præficiat, non ducat uxorem, in tanta iocum populari sermone celebratum.

Quisquis legitimo sociat sibi foedere nuptam,  
Illico fit seruus, qui modo liber erat.

Et quemadmodum Græci dicunt.

γόμενος δε δούλο μ' ἐξέλεγε θερον ποιῆν.

Id ioci hodie in uxorios & nuperos patres familias passim iaci solet. Quod tamen haud scio an magno stet plerisque, quoniam tidie re ipsa, cuiusmodi sit, facientibus periculū. Non omnium faustæ sunt nuptiæ. Non quorumlibet bene succedunt connubia. Nam qui ætate & fortunis dispares iunguntur, raro concordibus uitam degunt animis, nimirum uxori adulescentule uir senex ludo est, diuiti pauper probro, nobili plebeus contemptui, & quum ob discrepantes ac diuersos mores uicium cum altero parum conueniat, in assiduis rixis atque perpetuis altercationibus consenscunt, ingratiq; tandem istius & inamabilis uita pertesi, uterq; quotidiana quasi morte quadam conficiuntur. Adhæc quando ex disparibus animis di-

spuria studia nascuntur, fit interdum ut odio mutuo instigati,  
 neuter sibi quidquam faciat reliquum ad alterius maturandam perniciem.  
 Proinde parum consulti agunt, quicumque in sponsis legendis uel  
 genus uel formam uel opulentiam captant insanæ cupidita-  
 tis, uoluptatisque explende magis rationem habentes quam felici-  
 tatis matrimonialis, quandoquidem talibus non raro concep-  
 tum animo fallax et immoderatum gaudium haud ita multo  
 post uertitur in formidolosam et nunquam nisi unam cum morte fini-  
 niendam poenitentiam. Vanum est et nihili, quicquid in res  
 caducas et momentaneas spei ponitur, et sepe unde certa  
 et ingenia commoda expectantur, maxima proueniunt  
 mortalibus dispendia. Quod haud dubie usu uenit ijs, qui am-  
 bitione et auaritia occæcati sese nuptijs imparibus et ipso-  
 rum conditioni ac ætati parum congruentibus alligant. Non  
 enim uxores habent, sed habentur à dominis, ad quarum nu-  
 tus et renutus uelint nolint, omnia et faciant et patiuntur  
 oportet. Unde haud inepte adolescens ille Atarnites, qui ob-  
 tata inter duas elictioe, quarum altera quædam et genere et for-  
 tunis ipsum æquabat, altera uero antecellebat, generosiore  
 atque opulentiore spreta, equalẽ duxit uxorem, secutus uide-  
 licet consilium Pittaci Myttilenæi, quæ quid foret hac in re agere  
 dum, consultum ante adierat. Qua re uersibus elegiacis descri-  
 ptæ pinde quasi illustri exemplo Callimachus in epigramma-  
 tis et ipse Dionem hortatur, ut parem ducat, nullo uel opus  
 uel generis uel ætatis respectu habito. Epigramma ipsum par-  
 tim ob elegantiam carminis partim quod rem memoratu dig-  
 nam continet apponere libuit.

ἄριστος ἀταρνατῆς τῆς ἀνεῖς ἐτο πηθηκόρ' οὐτω  
 τοῦ μυτιληνοῦ παιδατορὺν ἕξεν Ἰορ.

Callima

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM.

Ἀτὰρ γέρον, δδοίος με καλεῖ γάμος, ἢ μία μὲν δὴ  
 νύμφη καὶ πλούτη καὶ γενεὴ κατ' ἐμὴν.  
 Ἡ δὲ ἐτέρη προβέβηκε, τί λώϊον, εἰ δ' ἄγε μοι σὺ  
 βούλευσον ποτέ κεν εἰς ὑμῶν αἶον ἄγω.  
 Εἶπε, ὁ δὲ σκίπτων, γερῶντικὸν ὄπλον αἰεὶ γὰρ  
 ἠνὶ δὲ κείνοί σοι παρ' ἐρέουσιν ἔπος.  
 Οἱ δ' ἄρ' ὑπὸ πλῆγῃσι θρούς βέμβηκας ἔχοντες  
 Ἐσπερον εὐρεῖν, παῖδες ἐπὶ τριόδῳ  
 κείνων ἔρχεό φησι μετ' ἰχθῖνα, χῶ μὲρ ἐπέσκ  
 πλυσίου, οἱ δ' ἔλεγου, τῶν κατὰ σαυτὸν ἔλα  
 ταῦτ' αἰών, ὁ ξείνος ἐφείσατο μέγιστος οἶκου  
 Δράξασθα, παῖδ' ὦρ κλήδ' οἱ συθήμενός  
 Τῶν δ' ὀλίγων ὡς κείνος ἐς οἶκον ἐπήγετο νύμφη  
 Οἴτω γὰρ σὺ δῖον τῶν κατὰ σαυτὸν ἔλα.

Ceterum homo Christianus nō formā, non etatem, nō opor  
 tentiam, conditionemq; parem aut imparem, sed ante omnia  
 educationem sobriā & mores pios atq; Christianos in spō  
 spectabit. Nam Christi uestigia secuturo nihilo minus potest  
 obesse mundanis quā prōdesse Christianis moribus praest  
 ta uxor. Omnibus amicis praeponēda uxor est, sed nō Chri  
 sto, Omnibus terrenis ac tēporarijs rebus anteferēda cōiug  
 lis dilectio, sed nō caelestibus & aeternis. Bonū ē igitur cōi  
 biū. Bonū ē et honestū & perq; Christianūtori genialis in  
 corrupto et inuiolato frui foedere. Verū si ducēda sit, quae ma  
 liebribus & friuolis deliramentis & ineptijs uirum ad Chri  
 sti pmissa properantē remoretur & resupinet, satius fuerit  
 ualedicere nuptijs quā aeternae salutis iacturā facere. Nam  
 id potissimum studio debet esse homini Christiano, ut nullis  
 lis non recisis & resectis remoris, nullis non declinatis at

præteritis Meandris & anfractibus breuiter & rectâ perueniat ad Christum. In hoc enim nati sumus, in hoc quoq; renati, ut cum Christo perpetuò uiuamus. Id quod assequi poterit nemo, nisi qui spretis præsentis uitæ pompis & uoluptatibus per multiplices huius insidiosissimi mundi molestias & afflictiones ceu per gladium illum flammeum & uersatilem in paradysum, ubi Christus regnat, illesus, impolutus, incontaminatusq; peruascribit.

**BONOSI IMPERATORIS MOS MEMORABILIS** in expiscandis arcanis barbarorum consilijs. Abstinendum esse à uino nimio eis, qui negotijs obcûdis præficiuntur & omnino à bello christianis, præcipuè episcopis. Cap. XIII



Nemo tam perditis est moribus, quin uel faciat nonnunq; uel dicat aliquid laude dignum. Bonosus imperator quondam Romanus πολυποσίτος nomine male audiuit, ut qui quamlibet siticulosos, quamlibet bibaces, insatiabilesq; belliones & uentres multitudine ac magnitudine poculorû cucerit. Arte usû qdã existimât. Nescias.

n. plus admiratiõis meiendo parauerit an bibendo infamie, si qdã quãtû hauriebat meri tantû quoq; locij reddidisse traditur. Pudenda hæc et foeda sût hoï priuato necdû principi parû congruëntia. Ceterû huic talibus famoso morib; mos fuit licet nõ quolibet iudice Laudabilis, nõnullo tamẽ fortasse, maxie loco ac tẽpore, haud aspernãdus. Legatos à barbaris ad se mis-



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

so s comiter ac benignè exceptis conuiujs adhibuit, & cum  
do ipse uini capacissimus erat, prætextu hylaritatis puccan  
de singulis propinans incautos paulatim ad ebrietatem per  
traxit, atq; sic tandem ex madentibus & uino stupidis pro  
suo cuiusq; ingenio tractatis arcana barbarorum con silia ex  
piscatus, nullo ferè negotio quæ sua referre uidebatur di  
dicit. Est boni monarchæ, intentata bella uel dechnare, si  
fas est, uel saltem quoad eius fieri potest, citra sanguinem &  
minimo cum discrimine suorū damnoq; gerere. Ad hoc aut  
procul dubio plurimum cōducit rescire hostium dolos et cū  
cularias ipsorū technas antecapere. Id quod haud inepte ad  
iutore Baccho tentauit more suo Bonosus. Est enim temulen  
tia mater suauitatis, & quemadmodū prouerbio dicitur, τὸ  
ἐν τῇ καρδίᾳ τοῦ νήφροντος, ἐπὶ τῆς γλώττης ἐστὶ τὸ  
μεθύοντος, nimirum descendente mero uerba ascendunt et  
in linguam ebulliūt. Vinū ligat mentem, linguam soluit, et  
ligatā antea, cogitq; hominem quilibet sapientē desipere. Vnde  
de perq̄ scite Vlysses Homericus ad Eumeum subulcum.

Homerus.

Εὐξάμενός τι ἔπος ἐρέω, οἶνος γὰρ αἰνώγει  
ἠλεός, ὅς τ' ἐφέκκε πολύφρονά περ μάλ' αἰεῖσαι,  
καὶ θ' ἀπαλόμ' γελάσαι καὶ ὄρχήσασθαι ἀνήκερ,  
καὶ τι ἔπος προέκκερ, ὅπερ τ' ἄρρηκτον ἄμανορ.

Non .n. fui potens est homo temulentus, cuius mens uino  
uicta corporis quoq; regēdi officio decedere cogitur. Scrips  
ergo & alicuius momēti negotijs obeūdis occupatos nimio ab  
stinere uino par est, & semper ob oculos habere illud Epis  
charmī, νῆφε καὶ μέμνησ' ἀπισεῖν. Nimio uino abstinentiam  
dico. Nam uinum intra modum sumptum excitat & illu  
lustrat ingenium ac mentis acuit industriā, ultra modū uerō

Epichar  
mus.

degrauat & obumbrat atq; prudentiam, sapientiamq; omnem expectorat. Proinde hactenus uinum bibendum est, ut excitet, non obruat mentem. Et legati à principibus, ciuitati busue aliquò missi sciant se ad negotia demandata exequenda missos, non ad conuiuia celebranda & aucupandas delicias, ne uidelicet per incuriã & intempestiuam uinolentiam & sibi & suis aliquando periculo sint. Non enim ex nihilo natum est uulgare illud & si expendas, non usq; quãquam uinum prouerbium, quo dicitur, mortalium non plures maris quàm uini perire fluctibus. Cæterum utrum belligerare conueniat Christiani an secus, alibi doctum est. Hoc loco id unũ demirari libuit, non quod reges & monarchæ Christiani bellis infinitis hoc tempore plus quàm gentiliter inter se tumultuentur, sed quod ipsius Christi uicarij et successores apostolorum, episcopi atq; pastores Ecclesiæ tam ardentè & militariter tractent arma atq; de quisquilijs temporalibus dimicent, ut cum principibus mundi de palma bellicæ artis certare mihi uideantur. Certè in ecclesia primitiua, ad cuius mores nostratè in primis reformari optarim, mos iste non fuit. Id quod ex doctoribus antiquissimis quibusq; facile patere potest. Quorum aliquot ad huius rei fidem faciendã in medium adducere non piget, nimirum ut intelligant huius assertionis oppugnatores, qui erroris me arguunt, cum quibus & qualibus ecclesiæ uiris error mihi sit iste communitis, ne fortasse quis non ex uero me, sed ex inuidia rem tractare putet. Audiatur igitur Adamantius Origines inter theologos Græcos cum primis clarus super Mattheum. Hæc, inquit, uult Iesus discipulos suos, ut bellicũ gladium deponentes, alterum pacificum accipiant gladium.

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

quem uocat scriptura gladium spiritus. Et aliquanto inferius. Sed & simpliciter, inquit, audientes quod dicit, Qui accipiunt gladium gladio peribunt, cauere nos conuenit: uel occasione militiæ uel uindictæ propriarum iniuriarum exinamus gladium uel ob aliam occasionem, quam omnem euangelica abhominatur hæc Christi doctrina, precipiens, ut impleamus quod scriptum est. Cum his qui odierunt pacem eram pacificus. Si ergo cum odientibus pacem debemus esse pacifici, aduersus neminem gladio uti debemus.

Cyrillus.

Audiatur Cyrillus Alexandrinus Episcopus super illud Iohannis, Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum &c. Docemur igitur, inquit, si noluerit pari certamine Deum offendere, quod non ferro correptos non lapidibus proiectis, non denique fustuarijs in Christi aduersarios grassari debemus. Etenim arma nostra non carnalia sunt, quemadmodum Paulus docet. Sed quum pericula effugere non licet, comiter ac placidè nobis uel ipsi tormentis sunt alloquendi. Satius enim est iusto iudici rationem iniuriarum reddendam relinquere quam pietatis nomine expetere ultionem nostri sanguinis. Quamuis uel alioquin nihil sit absurdius, quam persequentium morte honorari uelle illum, qui ut mortem solueret, libenter ac uolens mortem obiuit.

Hierony.

Audiatur etiam diuus Hieronymus super eundem locum apud Matthæum. Etsi, inquit, non frustra portat gladium, qui ultor dominicæ iræ positus est in eum, qui malum operatur, attamen quicumque gladium sumpserit, gladio peribit. Quo gladio? Illo nempe qui igneus uertitur ante paradysum & gladio spiritus, qui in Dei describitur armaturæ. Audiatur item Hypponenſis episcopus Aure

Augusti.

lius Augustinus, qui libro de ciuitate Dei uigesimo secundo  
 ista uerba scripta reliquit. Neq; tunc, inquit, ciuitas Christi  
 quamuis adhuc peregrinaretur in terris & haberet tam  
 magnorum agmina populorum aduersus impios persecuto-  
 res suos pro temporali salute pugnauit, sed potius ut obtine-  
 ret eternam non repugnauit. Ligabantur, includebantur,  
 cedebantur, torquebantur, urebantur, laniabantur, truz-  
 cidabantur & multiplicabantur. Non erat eis pro salu-  
 lute pugnare, nisi salutem pro saluatore contemnere. Au-  
 diatur denique Mediolanensis episcopus Ambrosius in ea Ambrosi.  
 concione, qua docet Christianis non esse debere timori hos-  
 tium tumultus bellicos. Non potest, inquit, metuere hostis  
 impetum, qui Christi præcepta seruauerit. Præcepta Chri-  
 sti arma sunt Christianis & diuinus timor terrorem à nobis  
 expellit hostilem. Arma autem hæc nostra sunt, quibus nos  
 saluator instruxit, oratio, misericordia atq; ieiunium. Ieiun-  
 nium enim melius quàm murus tuetur. Misericordia faci-  
 lius liberat quàm rapina. Oratio longius uulnerat quàm sagitta.  
 Sagitta enim non nisi proximè conspectum percutit aduersa-  
 rium. Oratio autem etiam longius positum uulnerat inimi-  
 cum & c. Idem in oratione in auxentiū, Volens, inquit, nuq̃  
 ius deserā, coactus repugnare nõ noui. Dolere poterò, pote-  
 ro flere, poterò gemere, aduersus arma, milites, gothos quo-  
 q; lachrymæ meæ arma sunt. Talia. n, munimenta sunt sa-  
 cerdotis. Aliter nec debeo nec possum resistere. Verum quid  
 est opus testimonia testimonijs accumulare, quū & constet  
 stare à nobis atq; concordibus animis bellū ceu pestē execra-  
 ri. doctores ecclesiæ primitiuæ omnes & beatus martyr  
 Cyprianus Carthaginensis Episcopus in epistola prima Cyprian.



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

ad Cornelium aperte doceat non licere innocentibus etiam  
 nocentem occidere. Eant nunc episcopi & principes Chris-  
 tiani ac de domitis & subactis gentibus triumphos agant  
 atq; populorum ui ac ferro expugnantorum titulis gloriemur.  
 Profecto arbor suspendio, quod aiunt, eligenda est, pu-  
 steiq; ad id miseræ Christiana deuenit respub. ut episcopi ec-  
 clesie à mundi principibus alia nota nulla quàm ipso nomi-  
 ne discernantur. Quid enim spei quis de ecclesie profectu  
 concipere poterit, quum uideamus antesignanos eius atq;  
 primores tam contumaciter conculcare disciplinam Ecclesie  
 sustulim, ut neq; commissæ functionis neq; eius, cuius uicem  
 gerunt respectu nullū habere uideantur? nimirum in hoc  
 totū occupati, ut & opulenti fiant & in his terris longè latius  
 que dominantur? Sed hæc fortasse, quemadmodum & alia  
 pleraq; rectius diuine committimus providentiæ, sine qua  
 nihil fit, nihil desinit. Nam tales utiq; habemus Episcopos  
 quales meremur. Ceterum redeamus iam ad Bonosum no-  
 stram, cuius utiq; non solum bellantis hodie, sed etiam po-  
 tantis imitatores egregios reperimus in ecclesia. Sunt. n.  
 antistites nonnulli & sacerdotes, qui nihilo minus potentes  
 belligerantes officij limites excedant. Tales monendi sunt  
 ne dum populum commissum sincera doctrina instituant  
 exemplo malo corrumpant. Certe non quidquid fulget au-  
 rum est, neq; quicquid pastores ecclesie dicunt aut fa-  
 ciunt semper bonum & imitabile. Videas enim inter eos  
 qui non tam oues Christi quàm uentrem suum pascant, nimirum  
 non tam pastores Christiani gregis quàm tonsores, ut  
 ce Basan, & sacerdotes Beelphegor, quos nemo citra salu-  
 tis iusturam sequetur. Cautione igitur opus est, ne quis in

## LIBER PRIMVS

quem incidat, cuius in posturis & adulterinis moribus & exemplis deceptus in horrendum illud gehennæ barathrū, dum fugere se putat, inopinatio corruat. Est enim impossibile, ut ad superos perueniat, qui sequitur euntem ad inferos. Nam quam arcta uia sit, quæ ducit ad uitam quemadmodū seruator ait, adeo ut à paucis inueniatur, quanto arctior putanda, quanto inuentu difficilior, si dux contingat eius ignarus? Ignarus autem est utiq; & uia salutaris indoctus, quis mundi miratur strepitum, uestium elegantiam captat, sectatur delicias, conuiujs luxuriat, indulget genio, & Commum, Bromiumq; sobrietati, Christoq; anteposit. Tales id temporis in ecclesia plures quàm in popina muscas cernere licet, qui omnes ceu Epicuri philosophi dogmata, non sospitatoris Christi decreta professi, dum nihil se boni aliud ex hoc mundo ablaturus arbitrantur quàm quicquid quotidianis ingurgitent belluationibus, temulenti inter temulentos nea potantes & presentium bonorum nihil auferunt & futuro ram omnium se faciunt exortes. Et hoc quidem uiuendi instituto pleriq; ceu iucundo & beato mirè sibi placent, existimantes desipere studiosissimos quosq; temperantiæ, ut rerū imperitos & qui bonorum usum nesciant. Verum scire peruelim quid in se boni aut iucundi habeat uita temulentorū? si modo uiuere dicendi sunt, qui uino sepulti dies, noctesque struunt potius quàm uiuunt? Mibi sanè inter uiuos ponendus non uidetur homo ebrius, sed medius quidam inter uiuos & mortuos, propior tamen mortuis quàm uiuis, nimirum qui nihil aliud possit quàm bibere & meiere. Nihil Satanæ gratius temulentiæ, nihil inuisius Deo. Ob hoc scimus in lege quondam sacerdotes à uini & siceræ usu uel

## CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

mortis pœna absterritos, precipuè eo tempore, quo erat in-  
 grediendum tabernaculum domini. Quod nostri sicceram,  
 Hebræi Schechar uocant, quo uocabulo significatur potus  
 omnis inebrians Nihil enim refert, uino quis an alio potu  
 insaniat. Vnde & Salomon in prouerbijs iuxta ueritatem  
 Hebraicam, illusor Bacchus, tumultuatix sicera, & quis  
 quis errauerit in ea, parum sapiet. Rectè sanè. Quis enim  
 nescit Bacchum plerisq; illudere & sapientissimos quosq;  
 uel pueris illudendos propinare, si ipsius plus equo fuerint  
 appetentiores? Non opus est exemplis in re manifesta. Vide  
 mus quotidie cachinnantem & subsannantem populum,  
 quoties aliquem ex primoribus etiam uiris uini uel uictum  
 uel uomere uel pudenda dicere uel incerto gradu per se  
 ræspitare uiderit, neq; id interim, sine Lindio sacro aut in-  
 precatis diris. Turpe enim est, quum porci & asini nihil ali-  
 tra naturæ necessitatem alimentorum assumant, hominem  
 Christianum insatiabili potandi libidine ultroneam sibi uitæ  
 corporis debilitatem uel animi accersere insaniam. Et seruo-  
 dum quidem foret id flagitij in hominibus priuatis & uili-  
 garibus, modo raro fieret & factum confestim aboleretur  
 per pœnitentiam, nisi eodem contaminarentur quoq; prin-  
 cipes ecclesiæ, quorum est, ore & opere gregem Christi ad  
 sobrietatis cultum pertrahere. Hoc nomine in laicis inho-  
 sta & fœda, in sacerdotibus intolerabilis & uerberibus dig-  
 na uidetur ebrietas. Est enim sacerdotis munus præcipuam  
 salutem habere curæ commissi populi, & crebra prece, iei-  
 nio, fletu emaculare animum ad capeffendam sancti spiritus  
 gratiã, qua illustratus ceteros quoq; ad Christum illustran-  
 dos adducat. Cuius rei compos esse potest nullus ebrius. At

cendi igitur sunt, ut inepti ab omni diuinæ rei ministerio, qui  
 cūq; diurnis, nocturnisq; perpotationib; insaniunt. *Qua. n.*  
 fronte sobrietatē docebit alios, qui semet ipse quotidiana te-  
 mulentia scædauerit? *Qua oratione ad ieiunium temperan-*  
*tiam hinc hortabitur alios homo uino madens & luxu perdi-*  
*tus notorio? Potest ne monstrare uia cæcus cæco? Inefficax*  
*est & ineptus diuinæ sapientiæ doctor, quisquis doctrine*  
*sue fidem nō ipsis quoq; astruit operib;. Nam populus rudis*  
*& literarū parū peritus cōmodius exemplo q̄ sermone do-*  
*cetur, neq; minus offenditur sinistris morib;. doctorū q̄ sanis*  
*dictis præceptisq; iuuatur. Nescias ergo magis ob sine malè*  
*uiuendo an bene docendo profint, quicunq; turpi & inho-*  
*nesta uita doctrine sanæ atq; spectatæ parū responderint.*  
*Vis de istis & id genus alijs doctoribus meam audire sen-*  
*tentiam? Impostores agunt, non doctores, qui uerbis Chri-*  
*stum, Satanam operibus prædicant. Pollicentur, uenditant,*  
*uenum quoq; eunt animis inualidis pharmaca quibus ipsi li-*  
*cet semper morbis intercutibus laborantes decumbant in ua-*  
*litudinario, nunq̄ tamen utuntur. Erubescant igitur eccle-*  
*siastæ nostri, et auditorem populū non solum uerbis nudis et*  
*uolatilibus, sed suis ipsorum benefactis quoq; doceant, ne &*  
*ipsi uulgò male audiant & cæteros litterarum sacrarū stu-*  
*diosos grauent inuidia, maxime quum neq; turpius aliquid*  
*sit neq; scædus q̄ si doctrina reum peragat ipsum doctorē.*  
*Clausum habeat os peccator, quemadmodū ait Origenes. Origenes*  
*Nam qui seipsum non docuerit, docere alium non potest.*

QVO PACTO NITOCRIS REGINA DARIO IL-  
 luserit inscriptione sepulchri, & principibus nō congruere  
 auariciam, maxime Christianis. Cap. XIII.





Nitocris, uel ut quidam uolunt, Semiramis Assyriorum regna extructum, ubi sepulchrum hisce litteris inscriptum. Si cui regum Babylonis pecunia fuerit opus, patefacto monumento quantum libuerit accipiat. Hoc sepulchrum nemo fuit attingere atq; mouere ausus, dum regno potitus est Darius. Is eo recluso nihil quibus pecunie, sed alias reperit litteras in hunc modum scriptas. Non insignis malitiæ homo esses atq; pecunia inexplebilis, turpisque lucri studiosus, monumenta mortuorum non aperuisses. Grauiter simul & festiuè sunt uerba data regi auarum cui iuxta prouerbium  $\kappa\alpha\tau\omicron\upsilon\ \nu\epsilon\kappa\epsilon\omicron\upsilon\ \varphi\omicron\varsigma\omicron\lambda\omicron\gamma\epsilon\iota\mu$  fuit animus. Exemplo hic esse Darius debet nostris quoq; regibus & monarchis, ne plus honesto uacent auaritiæ. Turpe enim est uiris primatibus undecumq; corradere diuitias. Christiani principis est ante omnia timere Deum & eius cultum inter præcipua habere curæ, deinde instar misericordis ac patris imperare subditis, neq; tam suum compendium quam salutem omnium spectare, tantum abesse debet, ut populorum uel imperiosis oneret edictis uel stipendiorum exactioibus immodicis expilet. Nam exactiones crebræ & ipso modo grauiores tyrannidem sapiunt. Atq; tributa inelemtia imperata & supra subiectorum opes extorta nihil à rapinis differunt. Præclare sanè Augustinus, Remota, inquit, iustitia quid sunt regna nisi magna latrocinia? Ego uero dixero, Spretis præceptis Christi, qui uera est iustitia quid sunt reges & principes nisi magni latrones? Cæterum si fuerint, qui pecunia opus esse principibus existiment, quum ad quoti-

Augusti.

tidianum & solitum uitæ splendorum, tum hostilis,  
 iniuriæ propulsandæ atq; tuendæ communis pacis gratia,  
 cum his ego, ne prorsus inflexibilis ac rigidæ cervicis uide-  
 ar, non magnopere pugno. Nam & cedendum intro-  
 ditum est infirmis & non semper ad sanguinem usq; resisten-  
 dum dynastis huius mundi, quibus nunquam non est in ore **Demostr.**  
 Demosthenicum illud. Δὲ δὴ χερματῶν, καὶ αἰεὶ τοῦ-  
 τῶν οὐδ' εἰ ἐσι γένεσθαι τῶν δ' ἰούτων. Verum ego hacte-  
 nus exigendam atq; congerendam pecuniam suaserim, ne  
 gratia Dei perdat. Quo enim nobis ingentes diuitiæ &  
 infiniti pecuniarum thesauri si fauor diuinus absuerit? Mo-  
 dus est modus, nimium est nimium. Vicio uertitur quidquid  
 modum excefferit. Inter laudatissimos principes numeran-  
 dus uidetur, quisquis nihilo minus parcere subiectis quàm ip-  
 se sibi nouerit. Immo si ueritas nuda est & absq; tectorio ef-  
 ferenda, ministri subditorum esse debent germanè Christia-  
 ni principes non domini. Nihil enim discriminis inter domi-  
 num & seruum nouit ecclesia, quæ utrunq; rectè factis, non  
 stemmatis aut opibus æstimat. Vnde si quis alius, certè Chris-  
 tianus monarcha debet esse modi studiosus, & in primis  
 formidare, ne dum immodicè donum affectat membro-  
 rum Christi, seruitium incurrat Satane. Difficile enim est,  
 simul & mundi principem agere & Christianum  
 bonum. Ob id Ioannes Chrysostomus, quum Babilas Anti-  
 ochenus episcopus et martyr imperatorè, Decium opinor,  
 ob puerum pacis obsidem interemptū unà cum satellitio suo  
 ecclesia eiecisset, Ostendit, inquit, nobis regem & diadema **Chrysosto-**  
 frenem apud Christianos loco esse omnium postremo, tan-  
 tumq; habere nomen & alijs nihilo digniorem ubi uel pu-

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

nire uel honorare conuenit. Et recte quidem ille. Est enim simile ueri, ut quo quis plus dominij sibi uendicauerit in ter-  
ris, hoc sit minus habiturus in caelis.

DE PALMAE NATVRA ET QVO PACTO  
palma uitae paranda ac de libero arbitrio et meritis. Cap. X.

Theophr.



Lus admirationis quam usus for-  
præbuerit, quod uiri graues  
Philosophos primi nominis Theophras-  
tus atq; Plutarchus de palma, cuius  
frequens apud nostros fit mentio, præ-  
diderunt memorie, prodendum tam  
haud minus quam proditum est, nisi

rum lignum eius arboris nullo pandari onere quemadmodum  
aliam, sed fornicatim inflecti, ceu urgenti oneri ali-  
uim facienti repugnans. Verba plutarchi hæc sunt. q̄ ōm̄n̄i  
γὰρ ξύλον ἀν' ἀνωθεν ἐπιθειεὶ βαρυπιέσει, οὐ κἀτα  
βόμενον ἐνδίδωσι, ἀλλὰ κεν τοῦτου πρὸς τοῦ ἀντι-  
ώπου ἀντισόμενον τῷ βιάσόμενῳ. Hinc natum aiunt, q̄  
incertaminibus antiquitus palmae ramus uictoriae symbolum  
dabatur uictori, ut qui fortiter & insupabiliter cōcerta-

Plutarch.

bus & antagonistis restitisset. Neq; aliunde est illud ἰσχυρῶς  
καὶ φοινίκης ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν. Reuera enim uictoria  
ē, reuera palma digna, q̄ diuina monita misericordia triumphat  
hostem, nepe mundū hūc & Satanam & seipsum deuictum  
Certamē etenim est uita nostra, in quo luctandū nobis quādiu  
uimus. Dissimile tamē & armis, legibus, præmijs longe  
sp̄ar mūdi certaminibus. Panoplia nostra fides ē, leges præ-  
cepta Christi, præmia regnū caeleste et infinitū, euoq; nullū  
inter moriturū gaudiū. Neq; satis ē ad Christiani certaminis  
huius parandā adorcā semel aut iterū prostrauisse aduersari-

Io. Apo. 7

bus & antagonistis restitisset. Neq; aliunde est illud ἰσχυρῶς  
καὶ φοινίκης ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν. Reuera enim uictoria  
ē, reuera palma digna, q̄ diuina monita misericordia triumphat  
hostem, nepe mundū hūc & Satanam & seipsum deuictum  
Certamē etenim est uita nostra, in quo luctandū nobis quādiu  
uimus. Dissimile tamē & armis, legibus, præmijs longe  
sp̄ar mūdi certaminibus. Panoplia nostra fides ē, leges præ-  
cepta Christi, præmia regnū caeleste et infinitū, euoq; nullū  
inter moriturū gaudiū. Neq; satis ē ad Christiani certaminis  
huius parandā adorcā semel aut iterū prostrauisse aduersari-



nū, quemadmodū in Olympijs, ubi singulis lustris coronæ  
 numero uictorias æquabāt, sed nisi quis p̄ omnē uitā sudans  
 et satagēs uictor quoq; occubuerit, nemo palmā emerebitur.  
 Accedit ad rei difficultatē, qđ antagonistæ nostri et numero  
 præstāt & ualidi sunt & impigri & audaces & ueterani,  
 oēsq; insidiandi, feriendiq; artes edocti et qđ plurimū pau-  
 ris attulerit, inconspicui, nos ē diuerso singuli contra plures,  
 infirmi, procliuesq; ad lapsum, ignaui, trepidi, tyrones adhuc  
 & ignari siue referendi pedis seu conferendi. & omnino ex  
 positi fraudi & iniuriæ patentes alienæ. Non. n. solū aduer-  
 sus carnē & sanguinē, sed aduersus principatus quoq; et po-  
 testates, aduersus *νοτ μωκῶτος* & tenebrarū harū & spi Paulus.  
 rituales neqtias in coelestibus nobis lucta ē, quemadmodū Pau-  
 lus admonet. Nō inq; nobis tā caro & sanguis q̄ igniuomus  
 ille & sanguinarius Behemothus cū suo satellitio, q̄ carnē &  
 sanguinē & qđqd est mundani strepitus, potentiæq; aduer-  
 sus nos armat, expugnādus. Quū igitur sit p̄difficilis, plenus  
 que piculi & impendiō dubiæ & uariabilis aleæ certaminis  
 huius cōflictus, utpote in quo se nūq; ferē nō maior cadēdi me-  
 tus q̄ uincendi spes ostēdat, op̄ precii est, ut id benē præpa-  
 ratis ac præmunitis incamur animis, intelligamusq; haud  
 nostra nos uirtute, sed gratia diuinitus cōcessa uictoriā cōse-  
 cuturos. Impares. n. sumus utiq; Sātanicis cæstibus et machi-  
 nis cuincēdis, nisi suppetijs fuerimus adiuti cœlestib9. Et in-  
 ter certores arenæ Christianæ, nisi q̄s in primis, Agonothe-  
 læ Christi fauorē sibi, studiumq; conciliauerit, nemo q̄libet  
*ἀτρωτος* q̄libet Herculeo corpore et Achilleis armat9 aīs  
 sit Olympionices. Porro q̄ salutis palmā suis ferūt uirib9 ac  
 ceptā et uolūtati, potestatiq; humanæ nihil nō tribuūt robo-



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

ris Pelagiani sunt non Christiani. Hactenus potens est ar-  
 trium nostrum, hactenus liberum, ut nihilo secius in singulis  
 actibus q̄ in omnibus gratiæ sit indigens diuinæ. Sine Deo  
 deficit uis omnis humana. Et quemadmodum culicibus & ab-  
 muscis unâ cum Solari tepore uigor & uita redit & ab-  
 perinde ut æstate quidem uiuant & uigeant, hyeme uero per-  
 petuo torpore lateant, iaceantq; parum aut nihil different  
 à mortuis, ita uirtus & libertas omnis cum Deo & acced-  
 nobis & abscedit, neq; quidq̄ sine Deo possumus præ-  
 peccare, perire, mori? Hoc unum illud est quod libera pos-  
 mus uoluntate, nimirum peccare, uerum peccata posthac  
 abolere uirtutibus non opis est nostræ, sed in illius manu  
 tum, qui doctes cœlestes prout fuerit uisum unicuiq; dispo-  
 sat. Vnde consulti esse debemus atq; circûspecti, ne ritâ  
 risaico plus æquo nostris faueamus benefactis. Non enim  
 nostrum, si quid fecerimus boni, sed largitoris dei. Dei donum  
 est ac demissum cœlo quidquid cum uirtute uel dicimus  
 agimus. Ob id quoq; de alieno gloriatur, non de suo, qui  
 de suis benefactis, uirtutibusq; gloriatur. Nihil aut magis  
 piû, nihil magis deû exasperat q̄ si creatura creatori gloria  
 bitâ præripuerit. Ex quo liquet, nihilo min⁹ dñi sibi par-  
 qui insolenter uenditant quàm emolumentum qui accuratè  
 ciunt opera bona. Vides lector Christiane quanto in dis-  
 mine uersentur omnes illi, quorû innumeros hodie uide-  
 qui se cæteris anteire arbitrantur uel cõuictu sobrio uel de-  
 ritatis opibus uel alijs ingenij, corporisq; decoris & uir-  
 bus, turgidi bono nō suo & in modū Esopiciæ corniculæ  
 mis superbi alienis. Tu si numerariû Christû demereri  
 rara illa salutis æternæ palma potiri uolueris, necesse quæ

preceptis pareas euangelicis ac declinatis malis bona facias, hac tamen usus modestia, ut ob id ne pilo quidem te maioris pendas extremis etiam peccatoribus, immo tuis te metire uiribus, debilibus utiq; ac citra dei gratiam effortis & eamortuis. Benefac & time. Vincere stude & uinci te posses. Nemo enim facilius uincitur, quam qui nimium suo stimat. Breviter, nisi quotidianis & improbis Deum fatigamus precibus, nisi pijs uotis & ab omni mūdane cupiditatis neuo emaculatis animis inclamamus Christum seruatorem, impetramusq; ut spiritus paracliti uirtute & gratia nostrā uoluntatem, potestātēq; qualemcunq; dirigat, iuuet, roboret in presenti huius uite certamine, frustra palmam nobis pollicemur, frustra libertatem uenditamus arbitrij, frustra deniq; sudamus & nitimur & aggredimur rem que uim nostrā conatūq; omnem supergreditur. Sed dixeris fortasse, si nihil nostrum est eorum, quæ benefacimus, si opera nostra bona gratiæ debentur diuinæ, quid meremur? qd sibi uolūt uerba scripturæ, quibus dicitur Deus unicuiq; retributurus iuxta opera benè uel malè facta? Hoc loco mihi Christiane lector non consyderes quid unus aut alter dicat existis, qui hac ætate noua potius docere uolunt & mirabilia quam synetra & uera. Sunt enim qui nihil nos mereri doceant. Sunt etiam, qui prorsus tollunt liberū arbitriū & dū Charibdim Pelagianorum declinant in multicipitem Manicheorū Scillā corruunt. Sed huc planè animum aduertat, ut credas nullum opus bonum sine mercede, nullum peccatum sine poenā futurum, & idcirco hūc nos in modum salutis æternæ meritos palmam, ut sua Deus donaria nobis imputet, modo &

P R A E F A T I O .

Arenui fuerimus cooperatores gratiæ cœlestis et nostram agnoscences infirmitatem ipsi gloriam ceu bonorum omnium somni & authori omnem transcripserimus. Qui aliter dicent, ipsi uiderint quod docent. Ego cum uetustissimis quibusque & sanctissimis ecclesiæ primitiue doctoribus malo simpliciter credere quàm cum nouis illis & mirabilibus nostræ seculi sciolis ac dogmatistis disputare subtiliter.

IOANNIS PHILONII DVGONIS LIBER CEB

stianarum institutionum secundus.

P R A E F A T I O .



Scriptoribus rerum plerisque præfatus mos est ac protinus in ipsis librorum uentibus oratiõe cõposita atq; placibili lectoris captare beneuolentiam. nihil nõ uel cõpendij uel frugis bonæ pollicētibus. Exstimat n. Incubationibus ponderis aliquid accessurum, si florẽ pmissis magnificis lactatũ spe singularis alicuius emolumenti demulserint. Vnde haud paucos popularis aure libidine dementatos plus nimio sua efferre uideas & paruis interrim pedibus, qd' aiunt, magnos induere calceos, nõ aduocantes uanam esse laudẽ, quæ uanis rebus impenditur. Ne ulli ferẽ inter scriptores lauacem immoderatus ambitũ q; præter meras neniã & nugã nihil bonæ rei scripserint. Ne igitur præter opinionẽ pari stigmatẽ, quo notamus alios, inueniamur et ipsi, satis, opinor, abudẽq; præfati uidebimur. Si strũ qualecũq; scribendi ppositũ et argumentũ institui oportet lectori paucis aperuerimus. Varia scribimus & farraginis multiplicis ac inter se diuersæ miscellaneã, ad uitã tamẽ pot

finum Christianis moribus instituendā, uerūq; Christianis  
 mū puehendū apposita, subcisiuis horis & per crebra inter  
 ualla octo captato alijs alia in hos cōmentarios uelut in me-  
 morie penuarium aliquod congerentes, ut essent in promptu  
 & numerato, quæ si poscat usus de promerentur. Imitati autē  
 sumus hoc scribendi genere magnæ celebritatis uiros, Græ-  
 cos Clementem Alexandrinū præbyterū, cuiusq; discipulū  
 Adamanū Origenem & Helianū sophistam, Latinos Au-  
 Gellium & Angelum Politanum. Quorū studiosus conatus  
 & sudor uigilans & à plerisq; præcipui noīs uiris haud in-  
 utilis habitus, nobis quoq; fecit animos audendi & bene spe-  
 randi nostrā qualēcunq; opam Christianis hominibus esse  
 paulo plus quam nihil utilitatis allaturā. Porro haud sū ne-  
 scius, sibilaturū serpentē antiquū & quādo capite p Christi-  
 conrito nocere nō potest, cauda saltē cōminaturū perniciē.  
 Nihil, n. tā pie dicitur, quod mundo non impium uideatur.  
 Nihil tam Christiane docetur, qd' homines mundani & mū-  
 di præstigijs infatuati, præposteris atq; peruersis interpreta-  
 mentis nō contaminent atq; in calumniā rapiant. Nimirum  
 mundus mundana diligit, mundana tractat, mundanis oble-  
 ctatur, adeo ut perdifficile sit immortalē mortalia sapere,  
 eumq; tot mundi illicitijs obnoxium in mūdo sine mundo ui-  
 uere. Quis enim ultro & citra rationis & ipsius ppemodū  
 nature humane rebellionē oderit uoluptates, opes calcaue-  
 rit, contempserit honores, desyderijs carnalibus restiterit,  
 & ipse sibi & mundo ex animo renunciauerit. Ex quo  
 haud dubia coniectura licebit æstimare, quā res sit  
 ardua esse Christianum, qui spreto & relicto mundo  
 cum suis bonis ad solius Christi præscriptum, nutumq; uiuere.



PRAEFATIO.

re debet. Vnde nihil miri fuerit, si nostra quoq; non sunt de  
nibus omnia placitura. Haud enim eadem sentiunt omnes.  
Non recipit nasus uerum uitiatus odorem,

Germano gustu fellex lingua uacat.

Falerna horna parum sapiunt palato affiacto uappæ ueteri.  
Et asinus mauult stramina q̄ aurum. Quid enim cum me  
myristica uaccæ, cui potior est fœni manipulus nullo non ar  
mate? proinde si fuerint, qui ad lucubrations istas uel capi  
raturi frontem sint uel nouas aliquas & iusseratis matu  
tragœdias, hi sciant me non solum hosce Christianarum in  
tutionum libros (nam hoc eos titulo inscribere libuit) uerum  
etiam quidquid aut est aut erit librorum meorum summa  
& me ipsum catholice & orthodoxe subiecturum ecclesie  
neq; uel in his iam scriptis uel alijs post scribendis qualibet  
cumq; affirmaturum aliquid aut pro rato habiturum, nisi quod  
cum sacrosancto euangelio, suisq; sacris & spectatis doctri  
ribus Origene, Athanasio, Chrysostomo, Basilio, Gregorio  
Nazanzeno, Cyrillo, Cypriano, Hilario, Hieronymo, Ambro  
sio, Augustino, alijsq; cõsimilibus Græcis & Latinis cõ  
uenerit. Hos enim ego potissimũ sector ut magistros, uenero  
ut patres, obseruo ut interpretes germanissimos uerborum  
Christi, parum curiosus quidqd mundus cū suis philosophis  
& multinumis rabinis uel docuerit uel stauerit uel egerit.  
Neminem tamen contemno. Nemini quidquam præscriptum  
neminem odio grauatum uolo. Non per me stabit, quo minus  
suo quisq; arbitrio & sentiat & uiuat. Hoc duntaxat ego,  
ut inprimis quidẽ ipse mihi memoriæ penuariũ, quẽ admodũ  
dixi, parem, in quo haberem recondita, quibus pro humane  
sortis uolubilitate uel in secundis iuuer uel recreer in ad

uersis, deinde uero communis quoq; patrie, totiusq; germa-  
 nie studiosi adolescentes, quos id temporis profanis ethnico  
 rum litteris, moribusq; addictiores quã Christianos decet ui-  
 deo, hoc scripto quo ad eius fieri poterit, in amorem Euange-  
 lice doctrine, ueriq; Christianismi pelliciantur, ne uidelicet  
 neglectis Christi præceptis, quæ seruata sola Christianū &  
 faciunt & seruant, diutius æquo bonas horas perdant in  
 mundi huius ineptijs. Idem causæ fuit, ut consultò quoq; sa-  
 era profanis miscerem, singula quæq; ferme capita uel apo-  
 phtegmate illustris alicuius uiri uel dicto aut factò memora-  
 bili ex authoribus ethnicis petito exorsus, nimirum ut qui  
 sunt ad ethnicorum scripta propensiores, exordijs ethnicis  
 uelut esca inuitarentur ad patientius legenda Christiana.  
 Nam usq; adeò sæculum hoc corruptum est gentium institu-  
 tis & moribus impijs, ut quidquid Christum resipuerit sa-  
 fidiatur. Quare ista uelut autè uti uolui, qua nascanti lecto-  
 ri imponerem & uel qualẽcunq; præberem ansam redeun-  
 di dum licet ad Christianæ religionis officium. Neq; illud  
 fraudi esse mihi debet, si quæ apud ueritatis euangelicæ scri-  
 ptores ab theologis nostratibus consilia perfectionis uocan-  
 tur, ego tanq; præcepta suspexerim, & idcirco ueræ salutis  
 auidos modis omnibus ad perfectionem Christianam acue-  
 rim. Quis enim satis Christianè uixerit? Quæ in rebus pe-  
 riculosi fuerit satis cauta diligentia? An periculum est, ne  
 episcopi & principes Christiani amore cœlestis regni reg-  
 nis mundi huius & opibus, delicijsq; momentaneis abiectis  
 ac desertis in morem apostolorum nudi nudum, pauperes  
 pauperem, despecti despectum Christum sequantur? Ego sa-  
 ne, si res uotis responderent, optarim, ut omnes, qui ecclesiæ

P R A E F A T I O

praesunt non solum nomine, sed re ipsa quoque essent apostolici. An timendum, ne diuitijs & uoluptatibus calcatis repente concordibus omnes animis egestatem & seruitutem summus passuri pro Christo, & nullum non corporis, mortisque periculum adituri? Confide amice lector ac pone si quid fortasse te coeperit formidinis. Non omnibus datum est sequi uestigia Christi. Non omnibus datum est imitari apostolos & mundo contempto uitam in terris agere coelestem. Angusta portam & arctam uiam docet Seruator, quae ducit ad uitam & pauci sunt, inquit, qui inueniunt illam. Si oblectaris mundo, mundo fruire. Si opibus times, sacculis & arcis oclusa teneto. Nemo ad sincerum Christianismum, nemo ad perfectionem Euangelicam cogit inuitum. Si tu perfecti, hoc est ueri Christiani professionem aspernaris, modo alijs eorum tentantibus uiam ne obsepseris. Si uero & aliorum studium ad Christianae religionis perfectionem festinantium te male habet, consolare rursus & audi. Omnis humana imperfecta perfectio est, neque tam prompto sumus animo ad paranda coelestia quam anxij ad amittenda terrena. O delicati Christiani. Christi nomen suspicimus, crucem aspernamur. Ceterum utcumque res tulerit, ego scripta mea ecclesiae subiecta uolo, neque castigationem ullius deprecor, uel a puero doceri paratus, modo ueri aliquid praese tulerit. Veritas enim est ueritas etiam in ore pueri. Et prosecto non doctor, sed ipsa doctrina qualis sit aestimanda & ueritas omnibus episcopis et synodis anteferenda. Proinde si quis fuerit, qui se cornicum oculos confixurum putet, is amico & fraterno rem tractet animo, conuictijs abstineat, corrigat errata, non deprauet bene dicta, quemadmodum id temporis plerique solent magistri

prius quàm discipuli, qui quum ipsi ob ingenij pauperiem  
 proprio Marte nominis aliquid parare desperent, aliena re  
 prehendendo famosi fieri malunt quàm latendo tranquilla  
 atq; Christiana perfrui conscientia. Porro nihil turpius,  
 quàm quum proprio bono non possis, malo alieno uelle cla-  
 rum fieri. Atq; ista quidem præfanda duximus illis potissi-  
 mum, qui ea, quæ ad rem fidei pertinent sunt arrosuri. De  
 ceteris parum curæ erit. Nam deridiculi mihi uidentur &  
 inepti, qui pro rebus grammaticis aut scholaribus thema-  
 tis tanquam pro Helena Troiana inter se uel ad rabiem  
 usq; non raro depugnare solent, nullis prætermis-  
 sis atq; conuitijs. Non enim est hominis Christiani quali-  
 bet ex causa festucam quærere in oculis fraternis, multo mi-  
 nus conuitia conuitijs regerere. Vnde quoties uel inter ue-  
 teres Hieronymum lego uel inter recentiores nostrum  
 Erasmi Roterodamum, uiros alioqui Euangelicæ pietatis  
 amantissimos & collatis in ecclesiam beneficijs in primis  
 claros, haud mediocriter offendi soleo, uidens ipsos tam ac-  
 curatè suis respondisse calumniatoribus. Perfidia nota into-  
 lerabilis est. Labes uero morum, si qua cui aspergatur, bene-  
 factis nobis, non uerbis diluenda, modo non similes uide-  
 ri conuitiatoribus nostris uoluerimus. Turpe certè est,  
 si doctor tolerandæ iniuriæ, ipse fuerit impatiens iniu-  
 riæ. Postremò hoc iterum uidetur commonendus le-  
 ctor, ne uidelicet miretur, si à nobis alicubi mundana ali-  
 cubi ecclesiastica, nimirum diuersa inter se atque pugnan-  
 tia tractata comperiat. Nam id pro professæ uarietatis  
 ratione consultò fecimus, facti exemplo Pauli omnibus  
 omnia, ut aliquot lucrificeremus CHRISTO.



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

Alijs lac proponimus, alijs cibum solidiorem. Neq; enim eadem omnibus conueniunt. Neq; ueriti sumus, ne hac rerum confusione atq; misur a Christianis aures, animos ue offenderemus, rati prudentem & oculatum & pietatis uere scilicet diosum lectorem facili negotio discreturum album ab atrosciturumq; alios mores ethnico conuenire alios Christiano, & aliud esse regimen mundi aliud ecclesie. Nam usq; aded & institutis & legibus inter se uariant ac pugnant ecclesia & mundus, ut nemo sit tam indoctus ueritatis euangelice, quin unius ab alterius, placita dispiciat. Ex quo liquet, non tam doctrina opus esse hominibus nostri seculi ad pie, Christianeque uiuendam quam hortatoribus & exemplis. Neq; dubitem, si episcopi & principes ecclesie tantu pietati Christiane promouende, quantum strepitui mundano procurando darēt opere, futurū, ut propediē sincerus & Germanus Christianismus nobis renasceretur, & ecclesia hęc nostris primitiue illius & apostolice pietatem, sanctimoniamq;

numeris omnibus adæquaret. Verum hęc diuine  
 committenda sunt prouidentie, cuius  
 nutu & renutu confertur & adia  
 mitur omnis rerum diuina  
 rum, humanarumq;  
 felicitas.

DE M. ANTONIO ORATORE, ET A-  
dolescentes ad eloquentiæ ueræ studium esse hor-  
tandos. CAPVT PRIMVM.



A R. Antonius orator milites eos,  
qui à Mario atq; Cinna patriæ ufa-  
rium bellum inferentibus missi, ipsam  
ut aduersæ partis & à repub. stantem  
obtruncatum uenerant, ita obstupescit  
oratione facunda, ita artificis lin-  
guæ uiflexit & à negotio dato auer-

tit, ut spretis ducum suorum, calcatisq; imperijs districtos  
iam & in dicentis ceruicem uibratos gladios citra ullum de  
mandatæ cædis effectum thecis, uaginisq; restituerint. Hoc  
Antonij exemplo etas iunior uulgo ad eloquentiæ studia uo-  
catur. Est autem eloquentia uera nihil aliud quàm diserta  
sapiencia. Sapiencia uero doctrina Christi ac pietas. Operæ  
precium igitur faciunt, quicumq; quomodocunq; hortantur  
bonæ indolis adolescentes ad sectandos eloquentiæ magi-  
stros. Quid enim pulchrius quàm hominem ab inextante etas-  
te his artibus incumbere, quæ & uiuenti præsentem & mo-  
nienti perpetuam sint felicitatem parituræ? Nam licet sola  
& suo pte bono nixa citra ullam facundiæ operam sapientia  
satis uirium sit ad beandum hominem habitura, hoc tamen  
utiq; uberius, absolutiusq; beat sociata dicendi peritiæ, quo  
per hanc ueluti per instrumentum pluribus reddi:ur cõmu-  
nicabilis. Qui spretis huius mundi bonis ac delicijs omnem  
etatem in uirtutis Christianæ ac pietatis meditatione exigit,  
haud dubiè & rectè sapit & insigniter beatus erit. Beatior

P R A E F A T I O

tamen aliquanto & felicior futurus ille uideatur, qui praeter  
 hoc ipsum alios quoque uel ignaros Christi docet uel opinio-  
 nibus falsis implicitos explicat uel cessantes, cum et abundantius  
 que hortatur & animat, praecipuamque curam, diligentiamque  
 huc uertit, ut differendo, docendo, persuadendo quam pluri-  
 mos ab impietate genili auocatos uere pietati, Christoque ad-  
 iungat. Arduum fortasse fuerit pronunciare inter duos  
 promisso Christi iam potitos cui quis felicitate praepoderet  
 quod arcana coelestia parum capiat humanus animus. Ver-  
 rum si detur optio, neminem fore puto, nisi admodum cere-  
 brosum ac mente captum, qui non esse malit Paulus quae Sio-  
 phanus, Gregorius Nazanzenus episcopus quae Urbanius pon-  
 tificex Romanus, Hieronymus presbyter quam Martinus epi-  
 scopus, Cyprianus quae Benedictus. Ambrosius quam Domini-  
 cus, Chrysostomus quam Franciscus, Augustinus quae unus est sepe-  
 tem dormitoribus, quos uocant. Haec dico, non quod hi uel  
 in hac uita mortali parum pie uixerint uel in aeterna illa  
 parum sint cumulatè felices, si tamen omnes tam apud deum  
 sunt quam apud homines habentur felices, sed quod illi praeter  
 sanctimoniam uitae ac docendi munus, quo uiui commu-  
 niter cum ceteris egregie functi sunt, uel mortui quoque scri-  
 ptis eloquentibus ac libris aeditis perpetuò diuini ministerij  
 atque ecclesiae promouendae officio fungi uoluerint, re uera  
 oratores, re uera eloquentes, quorum sapiens ac diserta ora-  
 tio non modo regiones atque tempora sua excoluit, sed totum  
 quoque terrarum orbem per omnia saeculorum omnium uo-  
 lumina personat atque illustrat. Liberum est cuique quidlibet  
 faciendi arbitrium, & felicitatem alius alio modo metitur.  
 Ego felicissimos existimo, quibus diuina sorte datum est &

riuentib. piè uiuere & morientib. pia posteritati, eloquentiaq; monumenta relinquere. Nam si Deus digna unicuiusq; rectè factis reponit præmia, quemadmodum sacræ doctrine litteræ, tales procul dubio perinde quasi æternum diuino cultui pariter & humanæ charitati authoratos æquè inter diuos ac homines eminentia quædam præcipuè felicitatis consequitur. Quum igitur tanti sit uera eloquentia ut nō solum in hoc mundo hominem homini, uerum etiam quantum coniectura assequimur, in cœlis quoq; diuum diuo anteponat, meminisse debet si quis est eius professor qd agat? qualem aut quantum rem profiteatur? In primis uero uires ponderet suas & quid uel ipse possit uel alijs pollicetur examinet, ne uidelicet pro oratore Christiano proxenetam nobis mercenarium aut circumforaneum rabulam quempiam instituat. Rara est in terris & raris contingit, neq; more cæterarum uel artium uel disciplinarum industria sola, studioq; paratur eloquentia, nimirum cuius pars potior cœlestis planè est atq; diuina, & ut ego quidem sentio, dono Dei magis quàm humano magisterio mortalibus proueniens. Itaq; operam daturus eloquentiæ, non minus bonæ menti studere debet quàm differendi peritiæ. Etenim haud temerè sese insinuat humanæ menti diuina sapientia, nè si simplici & innocenti & à uitiorum sordibus uel uacue uel accuratè, diligenterq; repurgatæ. Vnde haud in scitè dixisse proditur idem Antonius noster, disertos quidem se uidisse aliquot, eloquentem uero neminem. Certè neq; uox istro sæculo facile uideret, quem non uidit suo, quandoquidem arduum sit inuenire, qui non priorem habeat cultura linguæ quàm pectoris.



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM  
MEMORABILE FACTVM DIOGENI

Cynici. Mores & uitam honestam doctorum pluris  
esse ad erudiendos hoīes q̄ uerba. Cap. 11.



Diogenes Cynicae factionis philosophus  
coena quondam acceptus apud locu-  
pletem admodum & immodicis opo-  
bus clarum adolescentem accubantem.  
Aderat ibi apparatus amplissimus  
praeter eximio splendore instructus  
abacos, ceteramq; copiosam, precio-  
samq; supellectilem domus tota magnificentia mirabili  
luxu plus quam regio expledescebat, praecipue tamen co-  
natio, cuius parietes & pauimenta unndignaq; auleis pu-  
etis uestita, auratisq; ac materia & arte conspicuis peristi-  
matis constrata erant. Ceterum quum iam ab accubitu co-  
nari ceptum esset & pocillator subinde misceret atq; serui-  
tia missus missibus multiplicarent, commodum accidit,  
expuendi desiderio caperetur philosophus. Excreansigitur  
& oculos quoquo uersus circumages, quum proxima que  
que ornamentis occupata & congruentem screatui locum  
nullum reliquum uideret, in ipsius tandem faciem adolescen-  
tis inspuit. Indignanti autem & tanq̄ cum ingrato de tam  
ignominiosa in bene merentem iniuria expostulanti, Indig-  
naris inquit o beate? At non mea culpa id factum est, immo  
tua, qui tanto studio cenationem exornasti, ut nullus apud  
locus mihi sit, congruentiorq; quem inspuerem uisus quam  
ipse tu, quo uno nihil inornatius, nihil turpius reperire pos-  
tui. Ad haec adolescens, imperitiae, inquit, nos arguis o philo-  
sophus,

sophe, non tamen, opinor, hoc iterum facturus. Nec plura lo-  
 cutus, postero die desertis & sparsis inter amicos diuicijs, ha-  
 bituq; philosophi assumpto statim est & factus Diogenis dis-  
 scipulus & cum ipso deinceps per omnem uitam philosopha-  
 tus. Huic adolescentulo non oratio composita, non arte  
 concinnati syllogismi, non rationes e medio philosophiæ sa-  
 crario deprompte, sed ipsius philosophi ingenuus & hoie in-  
 genuo digno animus, moresq; et uita undiq; septa uirtutibus  
 & ab omni fortune assultu secunda persuaserunt, quod nec  
 Demosthenes quidem tum temporis eloquentissimus orator  
 potuisset, nempe ut repente uelut in alium hominem trans-  
 formatum tantum diuitiarum, tantum tam copiose atq; afflu-  
 entis & omnibus mortalium uotis expetite foelicitatis ul-  
 tro cõtemneret, calcaret atq; desereret, magno argumento,  
 uirtutem ueram etiam citra fucum aliquem extrarium esse  
 potentem & uenerabilem. Hoc exemplo docemur, magis  
 moueri slectiq; mortales ad bene beateq; uiuendum uita &  
 moribus doctorum honestis & integris quam infinitis uer-  
 borum chiliadibus. Neq; id miraculo esse cuiquam debet.  
 Nam ad erudiendos homines potiora sunt exempla rationi-  
 bus, & prudentissimus quisq; magis fudit uisis quam audi-  
 tis, operibus quam sermonibus. Non satis est, ut magister uer-  
 bis nudis & euandis artem tradat, sed oportet ut sua quoq;  
 ipsius opera discipulis proponat, quò uidelicet inspectis ex-  
 emplaribus & artis reddantur capatiores, & alacriores in-  
 structioresq; ad imitandum. Sunt igitur partes eorum, quibus  
 plebs Christi pascenda comissa est, non solum uocẽ et hortatu  
 caso in spem cum tabundos erigere ac iter ad regnum coele-  
 ste eminus ceu digito indicare, sed in more bonorũ quoq; im-

peratorum suos antecedere, addere sequentibus animos, uer-  
 ba factis æquare, cum strenuissimo quoq; de uirtute certare,  
 à fronte & à tergo prouidere. Satana undecunq; occurrerit,  
 tuis arcere impetus, multum sudare, cessare nusquam & sic  
 tandem nullis non tentatis artibus, nullis non aditis pericu-  
 lis, nullis non exhaustis ærumnis et laboribus per aquas, per  
 ignes, quod aiunt, cum reducibus ad propugnatores Chris-  
 tum tâquam ad tutissimum receptum peruadere. Vociferant  
 hodie pastores nostri & magna uoce nõ raro ad rauim usq;  
 è suggestis detonant in populum, conculcandas esse opes et  
 omnem diuitiarum strepitum abiiciendum, quum interim  
 nullum aliud hominum genus uideas accumulandis opibus  
 addictius. Docent ut negligamus, quod ipsi summa studio  
 curant. Suadent ut abiiciamus, quod ipsi modis omnibus col-  
 ligunt. Consulunt ut excremur tanquam noxium, quod ip-  
 si tanquam summum bonum plus ipso Christo uenerantur.  
 Quis enim id temporis numum Christo non anteponit, non  
 dico è uulgo, sed ex ipsis pastoribus ecclesiasticis? Venduntur  
 sacerdotia, uenduntur ouilia Christi, uenduntur clauis  
 regni cœlestis, cœlum ipsum iam promerciale hasta subijci-  
 tur. Neq; iniuria hoc seculum aureum dixeris, in quo nihil  
 non potest aurum, neq; Christus ipse sine precio alicuius mo-  
 menti est. Nulla opus est hoc tempore publica, priuata ue po-  
 nitentia, non lachrymis, non corde conuito, non cilicio &  
 cinere. Quamlibet grauiter quis deliquerit, quamlibet mal-  
 tos uel circum scripserit uel iugulauerit, quamlibet multa se-  
 ue sacra seu profana clam palamq; rapuerit, modo pecunia  
 sit inproptu, protinus audiet, multũ tibi remittitur quia mal-  
 tum dedisti, iam uero si quis agnoscit delictum, crimina la-



ebrymis abluir, ieiunio pallet, uestitur sordidius, paupertatē  
 amplectitur, cæteraq; ueræ pietatis exercet opera, is hodie  
 peccator insignis est, latro est, raptor est, homicida est, fasti-  
 ditur, exhibitur, exploditur & non solum à uulgo, sed si su-  
 peris placet, ab ipsis quoq; sacerdotibus & curatoribus ani-  
 marum nostrarum habetur odio. Contra quicumq; opibus  
 quomodocūq; partis pollēt, uoluptatibus inscriuūt, sagināt  
 corpus, in delicijs nepotamur, expilant plebem, furantur,  
 peierant, occidunt & reliqua scita principis huius mundi,  
 decretaq; exequuntur, hi iam uiri nobiles uocamur, boni &  
 integri sunt homines ac uerè Christiani. His moribus intra  
 ecclesiam receptis eò planè dementia uentum est, ut scelera  
 tior iam nemo habeatur quàm qui inter sceleratos & impi-  
 os piè & innocenter uixerit. Neq; de religione Christiana  
 reliquum aliquid uideo præter inane & umbratile nomen,  
 quod tamen & ipsum ob peruersos mores nostros, præ-  
 posteraq; studia cunctis serè gentibus ludibrio est. Hinc  
 est quod in tot iam sectas laceratur ecclesia. Hinc quod  
 sacerdotes malè audiunt, conemptui sunt episcopi, prin-  
 cipes perpetuis simultatibus & odijs inter se tumultu-  
 antur, Hinc quod exultat Satanas, Turcus grassatur &  
 ridet, populi partim percunt partim quotidianis &  
 infinitis uexamur exactionibus. Hinc denique est,  
 quod nulla quies in ecclesia, nulla pax, nulla unitas, nul-  
 la concordia, sed omnia plena sunt odijs, disidijs,  
 rixis, bellis atq; tumultibus. Neq; uideas, qui rei  
 CHRISTIANAE tam afflictæ consulat, adeò parui  
 penditur Christus etiam ab his, qui uulgo columnæ habe-



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

ri uolunt & Athlantes ecclesie. O pastores gregis Christi-  
ani, euigilate aliquando & excutite tam diuturnum, tamq[ue]  
pestiferum letargum. Sunt enim, qui uobis huius calanitat[is]  
causam ferat acceptā. Neq[ue] fortasse iniuria. Ait. n. Homer[us]

**Homerus.** Αὐτὰρ μῆλα κακοὶ φθείζουσι νομῆες.

Certe ouium squalor pastoris arguit incuriam. Quales mag[is]  
stri, tales discipuli. Quales pastores, tales & oues. Non sine  
nolenti debent esse pastores, non desides in commissis à Chri-  
sto ministerijs, imò dare operam diligentem, ut non minus  
exemplo quam doctrina prosint ouibus. Si quos alios, certi  
pastores atq[ue] doctores ecclesiasticos uita & factimonia & com-  
nium uirtutum genere præluere par est ac præluere po-

**Gregori.**

pulo. Non satis est inquit Gregorius Nazanzenus, malum  
non esse eum, cui docendi summa commendatur, uerum opo-  
nibus etiam bonis actibus, operibusq[ue] præditum esse oportet  
iuxta præceptum illud, Declina à malo & fac bonum. Non  
Christiano more docet, qui quod uerbis extruit operibus de-  
struit, quod ore edificat facto demolitur. Non alios bene do-  
cebit, qui non prius docuerit seipsum. Neq[ue] honestam uita[m]  
alijs persuadebit, qui ipse in summa turpitudine uixerit. G[regori]

**Plutarch.**

πῶντός ἐστι πρόθεον, οὔτε γὰρ, inquit, ἄνευ  
ἀκοσμοῦντος κοσμεῖν ἢ τὰ πᾶν ἀτακτοῦντος ἢ ἀρετῆς  
μὴ ἀρχομένου. Tenetis opinor. Vt illud formidabile, q[ui]  
uel parum strenuè uel nimium flagitiosè functis officio p[ro]

**Hieremi.**

ribus interminatur dominus apud Ezechielè. Tenetis apud  
Hieremiam, Vt alterum, ubi ait, Vt pastoribus, qui disper-

**Amos.**

gunt et dilacerant gregem pascue mee, et que sequuntur.  
Et apud Amos prophetam, Vt uobis, q[ui] opulenti estis in sc-

& confiditis in monte Samarię, optimates, capita populo-  
 rum, ingredientes pompaticę domum Israël. Huc pertinet  
 illud quoq; Zacharię. O Pastor & idolū, derelinquens gre-  
 gem, gladius super brachium eius & super oculum dextrę  
 eius brachium eius ariditate siccabitur & oculus dexter  
 eius tenebescens obscurabitur. Mementote igitur officij ue-  
 stri o pastores & mentes ad Deum, oculos ad oues aliquan-  
 do uertite. Spiritus sanctus non iocatur, non ludit, non men-  
 titur. Effugite tot mimas, effugite presentem & uos undiq;  
 circumstantem iram dei. Effugite pœnas indeclinabiles,  
 quas domino estis pro perditis ac malę pastis ouibus pensu-  
 ri. Heu mihi quàm terribile uos manet iudicium! quàm tres-  
 menda subeunda uobis est sententia! si quidem non pro se tã  
 tum, sed pro omnibus, quos gubernat reddere rationem co-  
 gitur sacerdos, quem admodum docet Chrysostomus. Neq;  
 est, quod expectetis Christum, qui uos & agat & peragat  
 reos. Vos ipsi quotidie estis damnationis uestre & autho-  
 res & iudices. Nam quisquis Christi sacrosancta uerba do-  
 cet & eis facit contraria, is ore proprio ac propria semet sen-  
 tentia ipse condemnat. Nisi fortasse in ipsa pastorali potestate  
 uobis plauditis, nimirum ut qui ligatis & soluitis alios a pec-  
 catorum nexibus & ligatores non habetis in terris, idcirco  
 liberos uos fore putetis a uinculis & impune peccare posse?  
 Nolite errare patres uenerandi. Data uobis est ligandi pote-  
 stas? Fateor id quidem, sed hactenus, ut non minus & nescio  
 an grauius quoq; ipsi ligemini quoties officio decesseritis  
 quam ligatis alios. Periculum est igitur, ne qui censuram  
 exercetis in alios & laqueo uerbi diuini contumacia-  
 sumum quemq; uincitis, eodem comprehendamini &

Chrysosti.

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

ipsi, Reciprocatur enim sententia in iudicem quoties eodem facit, quæ condemnatus. Quare si religio Christi uobis cordi est, si salus æterna curæ, cauendum utiq; ne uiribus uestris plus nimio faueatis & superbè iactetis Dei munera. Imò agnoscenda infirmitas humana est & spes omnis figenda in Christo, & humilitate, fide beneficentia res agenda.

Augusti. Præclare Augustinus. Sciat se non esse episcopum, qui præesse cupiat, non prodesse. Prodesse autem abundè poteritis, si quantum in uobis est unitati paciq; diligententer, praudenterq; consulatis ecclesiæ & populum commissum populo diuini uerbi sincero & simplici & nullis humanis mundanisq; seculis adulterato pascatis, idq; non tam spequestus mox unà cum hoc mundo euanituri quàm respectu mercedis æternæ ab ipso Christo ad uos redituræ. Nihil enim tam illicitum est episcopis, nihil tam indecorum pastoribus ecclesiæ, qui cæteris & uerbo & exemplo prætere ad uitam æternam debent, quàm colligere numos, acerrare diuitias, atq; honores uolaticos temporariamq; potentiam ambire huius mundi. Non est episcopi regnare in hoc mundo sed ministrare. Non pastorum est atq; doctorum parare opes, sed curare, ut cultus Dei sit sincerus & integer & populus optimus & Christianissimus fiat. Nam hoc nomine, opinor, inter cætera insignia & pedum hodie gestant episcopi, quo uidelicet se & pastores esse admoventur & alendo tuendoq; gregi Christiano præpositi. Vestrum igitur est ò Christiani pastores in hoc niti, ut in primis Christi negotium agatis, ut unà cum uniuerso sacerdotali ordine piè uiuendi exemplaria præstetis populo

ut oves ritè pascantur, ut prouehatur euangelium, ut au-  
 gescat & per orbem totum efflorescat respublica Chri-  
 sti, & quidquid uel consuetudinis peruersæ fuerit uel mali  
 exempli tollatur è medio, ne uidelicet uestra culpa nomen  
 Dei nostri uel inter Gentes malè audiat uel inter creden-  
 tes parum dignè sanctificetur. Hoc autem prouinciæ, quo  
 propensioribus obeatis animis, audite uerba Petri Aposto-  
 li gregem Christi ceu per manus pascendum uobis traden-  
 tis atq; commendantis, simulq; mercedem ministerij uestri  
 immarcesibilem gloriæ coronam pollicentis, his uer-  
 bis.

Πρεσβυτέρους τοὺς ἐν ὑμῖν παρακάλω, ὁ συμ- Petrus.  
 πρεσβύτερος καὶ μάρτυς τῶν τοῦ Χριστοῦ παθημάτων  
 ὁ καὶ τῆς μελλούσης ἀποκαλύψεσθαι δόξης κοινωνός,  
 ποιμάνετε τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον τοῦ Χριστοῦ, ἐπισκο-  
 ποῦντες μὴ ἀναγκασῶς, ἀλλ' ἐκουσίως, μὴ ἀσχροκερ-  
 δῶς, ἀλλ' ἀπροθυμῶς, μηδὲ ὡς κατακυριεύοντες τῶν  
 κληρῶν, ἀλλ' ἀτύποι γινόμενοι τοῦ ποιμνίου, καὶ φα-  
 τερῶθεντος τοῦ ἀρχιποίμενος, κομιᾶσθε τὸν ἀμαρῶ-  
 τήν τῆς δόξης σέφανορ.

DE LIBRA CRITOLAI. NON QVAE

uulgus putat, esse bona uel mala. Christiani ho-

minis bona, gratiæ diuinæ dona esse,

non merita operum.

Cap. III



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM



Ritolaus Atheniensis philosophus lib-  
brā habuisse fertur, in cuius lancē uul-  
animi ponebat bona, in alterā corpo-  
ris atq; extraria, quæ fortunæ appen-  
lant, pensitans utra alteris essent por-  
tiora. Aiebat autem bona animi periti-  
de grauitate & bonitate sui excellere,  
ut & mari & terræ præponderent. Homini Christiano  
quotidiē examinanda & dicta & facta sunt atq; uita omni-  
ad amussim ueritatis euangelicæ corrigenda. Dabit igitur  
operam, ut uel more Critolaico quæ uel germana sunt, quæ  
adulterina bona malauē accuratē atq; diligenter expendat.  
De his autem, quo nomine cunq; uocentur, in uniuersum  
ita sentiendum. Quidquid hominem à pietate auertit, malum  
est. Quidquid sociat æternæ salutis, bonum. Nō enim omnia, quæ  
uulgus putat, sunt reuera bona uel mala. Hodie nihil cęserit  
melius pecunia, qua ut quisq; maximē antecellit, ita maximē  
quoq; foelix existimatur. Tanti habetur unusquisq; quatu-  
tum numerorum habuerit. Optimus est, qui ditissimus, etiam  
si pessime uixerit. Pessimus, qui pauperrimus, etiam si opti-  
time. Cui adest pecunia, adest & honos. Integritas & no-  
bilitas omnis diuitijs emitur. Breuiter omnia supergreditur,  
omnia uincit numus omnipotens. Non Christus hoc tempos-  
re, sed numus Deus est. Hoc nomine sapientiā huius mundi  
& honestatem uirtutēq; omnem in unius pecuniæ cōgeren-  
dæ studio positam uidemus. Coniectare autem licet, quanta  
sapientiæ sint, quam Christianæ mentis, apud quos uir-  
tus, et foelicitas omnis fluxis atq; caducis æstimatur opibus.  
Si cui alij, certē nostro congruit sæculo, quod ait Aristo

phanes in Plu<sup>to</sup>. ὡς μὲν γὰρ νῦν ἡμῖν ὁ βίος τοῖς ἀνθρώ-  
 ποις Διάκειται, τίς ἄρ' οὐχ ἡγοῖτ' εἶναι μανίαν, κακο-  
 δαιμόνιον ἔτι μᾶλλον, πολλοὶ μὲν γὰρ τῶν ἀιθρώ-  
 παρ' οἷτες πλουτοῦσι παλιοῖοι Ἀδίκως αὐτὰ ξυλλεξά-  
 μνοι. πολλοὶ δ' ὄντες πάνυ χρησοὶ πρᾶττουσι κακῶς καὶ  
 πεινῶσι. *Insania utiq; est & mera miseria, uita omnis quā  
 libet florens ac diues hominis prae textu Christiani uocabuli  
 geniliter uiuentis. Non aut par est eum, quem euangelica  
 doctrina Christus illustratum uoluit, eō uesaniae deuenire,  
 ut fucum uero, caducum aeterno, creaturam creatori prae-  
 ferat. Satius esset non cognouisse Christum quā̄m contemne-  
 re cognitum. Neq; facile reperias, qui stultius pariter et gra-  
 uius peccent quā̄m qui sordidi et uilis lucri gratia gratiam  
 dei excludunt. Haec. n. sola est non modo animi humani, sed  
 totius etiam hominis uerum et unicum bonum. Hac una per  
 fidem seruantur, quicūq; seruantur. Huic uni accepta seren-  
 da est omnis felicitas in caelo & in terra. Frustra sibi plau-  
 dunt, qui suis ipsorum uiribus freti caelum se ascensuros exi-  
 stimant. Falluntur, qui se suis duntaxat meritis & nudis ope-  
 ribus coelesti sperant regno potituros. Impie sibi uendicant,  
 quod gratiae debetur & misericordiae diuinae, sine qua ne-  
 mo mortalium tam innocenter uixit, nemo tam diuus unq̄  
 extitit, ut caelum emeruerit. Hoc ego dico, non quod opera  
 nostra bona sint mercede sua caritura, sed quem admodum  
 ait Ambrosius, quod unicuiq; datur sine merito unde ten-  
 dat ad meritum & datur ante ullum laborem unde quisq;  
 mercedem accipiat secundum suum laborem. Itaq; Christia-  
 ni hominis est, si quid pij fecerit operis, non tam suum iacta-  
 re meritum quā̄m Dei donum agnoscere.* Habet enim de

## CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM.

quo gratias agat, non de quo gloriatur. Precandus autem  
 Deus est ac diurnis, nocturnisq; fatigandus precibus, ut mem-  
 tes nostras humanis cupiditatibus uitiatas repurget atq; salu-  
 litaris gratiæ suæ, fideiq; reddat capaces. Nam hoc pacis  
 spes est, ut editis per fidem coelitus claritatem & auctus  
 Christianæ pietatis charitatisq; operibus fraudes fraudulen-  
 ti Satanae & insidiosi huius mundi insidias citra offensam  
 ullam declinemus & Christo in uita præsentis quidem perse-  
 ueranter adherere, in futura autem perpetuo conregnare  
 ualeamus. Atq; hoc, quicquid id est boni, non ut nostris meri-  
 tis debitum gloriose uendicare (quis enim ex omni homini  
 genere dicere audebit, cœlum suis deberi meritis?) sed ut  
 gratuita misericordia Dei donatum uenerabiliter amplecti  
 debemus, nimirum quod humanis uiribus non possumus, di-  
 uina munificentia consecuturi. Est igitur operæ precium, ut  
 nos peccatores esse haud ignoremus, neq; plus æquo faueamus  
 uirtutibus & operibus nostris. Inanima enim sunt &  
 emortua quæcunq; bona dicimus opera, nisi data per gratiam  
 diuinitus & indies aucta fide ceu spiritu quodam animentur  
 atq; uiuificentur. Paranda igitur & augenda modis omni-  
 bus fides, citra quàm quidquid boni egerit homo bonum non  
 erit. Nam licet gratia diuina ducamur ac præparemur ad  
 fidem, qua seruiamur, tamen fides reuera mater est gratiæ,  
 cuius ad salutem capax nemo esse potest, nisi Christo credis-  
 derit. Demiror autem non mediocriter, quoniam consilio mor-  
 ti pleriq; tam multum spei in uirtutes humanas reponant,  
 quum in aperto sit homine cœlesti gratia exarmato nihil  
 se infirmius, nihil miserius. Periclitabitur, quisquis propriis  
 sisus fuerit uiribus. Et alioqui sanè fragile est quidquid hu-



innum est. Dum stare nos putamus, cadimus. Quamdiu in  
 hoc mortali corpore peregrinamur casibus mille subiecti su-  
 mus. Nemo certi aliquid polliceri potest quamdiu uixerit.  
 Multi bene incipiunt & male finiunt. Multi ignorantia, mul-  
 ti sciencia quoq; nimia pereunt. Sunt praeterea, qui quum per  
 omne aetatem pie uixerint, in ipso propemodum mortis arti-  
 culo excidunt, euidenti argumento, neminem ante exitum ui-  
 ta esse certum aeternae felicitatis. Adhaec iudicia Dei occulta  
 sunt & nemini mortaliu cognobilia, ita ut nemo rescire pos-  
 sit uel quamdiu sit uicturus uel qua demum sine moriturus.  
 Proinde uiribus humanis parum fidendum est, sed uigilandum  
 iuxta praecipuum dominicum & orandum nihilo negligentius  
 bonis, ut in dilectione dei & proximi crescant indices atq; p-  
 seuerent q̄ malis, ut ad sanioris mentis propositum uertantur.  
 Haec eo ascribere uoluimus, quod pleriq; id temporis adeo di-  
 ui sibi uidentur, ut perinde quasi conscij consiliorum dei atq; di-  
 uinae maiestatis potentes caelum totum unam cum Christo uendat pe-  
 cunia, atque ipsi securi de suis lapsib. caeteris precio interim  
 plus minus trium obolorum, criminum omnium remissionem polliceantur.  
 Petrus apostolus quondam Simoni mago diuinam gratiam  
 empturienti ita successit, ut aspero responso temeritate eius  
 retuderit, nihil iniquius existimans, nihil impossibilius q̄ ut  
 donum Dei uenum eat pecunia. At hodie non solum gratia  
 Dei, sed & ieiunia & preces & merita humana omnia a tam  
 multis tam paruo indicantur & uenduntur, ut ipsa copia  
 sui iam euiluerint. Talibus utiq; opus iamdudum erat libra,  
 non tamen Critolaica, sed euangelica potius, qua uidelicet utrum  
 Christo & religione Christiana digna an indigna faciant  
 explorent. Nihil enim precius est, nihil magis impium, quam



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

sub imagine pietatis, impiè uiuere. Fallunt, qui uendunt, et  
luntur qui emunt gratiam diuinam terrenis opibus. Nam

Hierony. authore Hieronymo, spiritus sanctus nec uenundari nec  
emi potest,

DE TAEDIO VINI PARANDO ET VI  
tanda ebeietate. Cap. IIII.

Plin.



Briosis oua noctuae per triduum in  
in uino, tædium eius adducunt, si  
nio credimus. Idem facere afferunt  
num, in quo anguille aliquot expi  
uerint bibitum. Ab his non magno  
pere diuersa de ouis noctuinis prod

Philostr.

Philostratus his uerbis. τὰν γλαῦκα χερῶν ἐπιφυλάττει  
οὐ νεοθεύει καὶ τὰ ὠὰ πάσαντα δοῦναι μασσάσει  
τῶν βρέφει συμμέτρως ἔφαιταε. εἰ γὰρ βρώσεται  
τούτων περὶ οἴνου γέυσεσθαι μῖσος πρὸς τὸν οἴνον  
τῶ ἐμφύεται καὶ σωφρονέσεται διακείσεται.

Et hæc quidem exploratu haud arduus mihi incom  
perta sunt. Quod autem sequitur expertus trado, nempe  
quis abstemius uixerit & uini usum casus aliquis, morbus  
poposcerit, esse id inter presentissima remedia. Neq; ego  
pharmaco ullo crebrius uitor, nimirum simplici & innocuo  
& nusquam non parabili & obuiio. Ceterum qui quotidie  
mero multo utitur & frequenti afficitur ebrietate, is & anti  
te diem corpus uarijs & curatu difficilibus exponit morbis  
& prematuram ac citam sibi senectutem, eamq; languidam  
& uiribus effœtam sera tandem & inuiti cum pœnitentiâ  
accelerat, ut non è nihilo natum quis putet uulgatam illud

et perfacetum inter epigrammata Græca distichon.

Λυσιμελοῦς βακχοῦ ἢ λυσιμελοῦς ἀφροδίτης γεννᾶται  
 θυγάτηρ λυσιμελῆ ποδ' ἄγρα. Non tamen sola poda-  
 gra filia Baccho æditur et Venere, sed et spasmus, tremor,  
 paralysis, apoplexia et id genus proles longè numerosissia-  
 ma, non corporis tantum certo et euidenti periculo, sed iu-  
 ctura morū quoq; et honestatis atq; salutis æternæ dispen-  
 dio, iuxta illud incerti quidem, uerum quisquis is fuerit, non  
 uani authoris.

Ὅτιος καὶ τὰ λοετρά νῦν ἢ περὶ κύωσιν ἔρωι,  
 Ὀξυτερῶν πέμπε τῶν ὀδ' ὀρ' εἰς αἰδ' ἡρ.

Vnde uir prudens et mentis compos non in corporis et  
 animi corruptelam, perniciemq; uino abutitur, delinitus ca-  
 ptiosis et subdolis humanæ cupiditatis atq; optimo cuiq;  
 uerba dantibus illecebris, sed usum eius ita moderatur ac  
 dispensat, ut et corpori prosit et non obsit animo.

DE NARETIA BVDÆA ET MORE  
 rio. Malum quod in alium struitur, iuste quidem in  
 authorem suum recidere, sed non esse uin-  
 dicandum. Capit. V.



Naretia Budæa mulier morosa fuit et  
 acerba et muliebris maliciæ typus  
 unicus. Hæc maritum, hominem pro-  
 bum et honestum adulterij insinu-  
 lans, et hoc nomine iugibus iurgijs,  
 atq; quotidianis exagtanis conuitijs,  
 consilium tandem inijt eius quomodocunq;  
 tollendi e meo. Rem ueneno placuit agere. Occasionem decreti ex-  
 dio.

quendi nullo nō loco, nullo non tēpore captauit. Qua demum  
ad uotum oblata uenenum peremptorium fistula indidit, in  
flatura illud in os et fauces dormientis et hiancis mariti. Ap-  
tata igitur utrimq; fistula cōmodū accidit, ut comparanti spū  
ad peragendum funesti facinoris negotium uxori antecuerit  
maritus, dum necessitate naturali respirat, una cum spū  
uenenū quoq; in præcordia propelleret. Illa uerò protinus  
ut uim recepti sensit pharmaci expergefācto uiro rem con-  
fessa et haud ita multo post exanimata interiijt. Præter hec  
uidi ego puer propemodum adhuc Philippum Moxerium  
quendam, qui in uirum honestum quidē nomine Sophoclem,  
sed sibi hostiliter odiosum tam uehementer, uiolenterq; dis-  
stricta spata fecit impetum, ut frustrato ictu, quem is decel-  
natione parua effugerat, ruens in terram semet ipse leni  
uulnere sauciaret. Sæpenumerò malum quod in alium stru-  
tur, in ipsius authoris caput recidit, iuxta illud Hesiodi

Hesiodus.

ὄϊ αὐτῷ κακὰ τείχεϊ ἀνὴρ ἄλλω κακὰ τείχεω.  
Et rectè id quidem ac iuste. Quid enim iustius quā ut fraus  
& malitia in authorem suam conuersa semet ipsa percellat  
ac puniat? quum lege quoq; nature uetetur, ne alteri facia-  
mus, quod nobis nolimus ipsi? Inhumanum est & impiū, ut  
homo hominē uel petat insidijs uel manib. uolētis aggredi-  
tur, maxime Christianus Christianū. Proinde si qs fratri ma-  
chinatur exitiū & eodē declinato ipse cōprehenditur, is in  
iusto dei & hominū iudicio, suo ipsius telo confossus perit. In-  
dignante enim Deo & indignè iniurias insonū serene fit  
plerūq; ut malitia sibimet ipsa sit supplicio. Nam querimo-  
nie iniuste oppressorum & innocentium parū dignæ cala-  
mitates coelos penetrant ac ream agunt uim illatā, Deumq;

ipsum exciunt ad ferendas oppugnatæ iustitiæ suppetias.  
 Subleuat aut patrocínio suo afflictos deus atq; iniuria pres-  
 sis nunq̄ non adest acerrimus ac præsenissimus uindex. Cæ-  
 terum si quando ad scelera quorundam & impiè perpetrata  
 flagitia perinde quasi parsurus perperam agentibus & ple-  
 ctendæ iniquitatis immemor negligensq; cõniuere pater cœ-  
 lestis atq; cæcutire uidetur, hoc ipso certa utiq; & euidentis  
 ipsius indignatio arguitur. Differt enim & differēdo auget  
 poenam, non remittit. Ob id consulo, ne plus nimio sibi pla-  
 ceant, neq; maiores quàm par est uel ronchos edant uel ef-  
 flent glorias, qui effrenarum cupiditatum facibus instigati  
 quos possunt impune nunc ui nunc fraude opprimunt. Scis  
 timent enim uindicē longè quàm putant atrociorē. Etenim  
 eiusmodi naturæ deus est, ut quemadmodum in mites & mi-  
 sericordes mitis & misericors, ita in atroces & misereri ne-  
 scios ceu germana Satanae seruitia longè sit atrocissimus &  
 inexorabilis. Constat autè aperte omnes tametsi in Christo  
 baptizatos, incõmodo tamē & malo proximi suū querētes  
 cõmodū & emolimentū (nihil. n. refert ipsi Christo an mem-  
 bris eius malè feceris) à Deo defecisse ad Satanā, eosq; quoti-  
 dianis flagitijs authoratos imperio sui principis militare ad-  
 uersus dominū & aduersus Christum eius. Hanc ob causam  
 & ipsi à Deo relictī nō uocantur flagello diuino in hac uita  
 tū ceteris ecclesiæ filijs ad resipiscentiā, sed tanq̄ coryphæi  
 & antesignani & uicarij Satanae regnare permittuntur cū  
 suo principe atq; exercere imperia, in hoc maxime, ut actibus  
 illorū uiolentis et impijs, piorū & illustretur uirtus et merces  
 multiplicetur. Sit ergo solatio miseris ac potētū ui obsessis et  
 oppressis haud obscura uoluntas Domini, qui suos per im-



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

piorum iniquitatem ceu dilectos filios erudit, ut idonei coelestium ciuium reddantur consortio. Vnde nequaquam nobis ultra modum frangere pios in Deum debent animos uel facte praeter meritum contumelie uel bona terrena uolentis iniurijs iudicij sue parum equis erepta, quum sciamus coeli ianua hactenus nisi per multas contumelias & iniurias passis nobis patuisse. Quo minus terrae possederimus, hoc expeditius ibimus in caelum, Mihi sane indignus uidetur uir uerus Christianus, qui studio multo & superuacaneo rerum fluctuum & momentanearum sese commaculet. Impij antichristi ac Deo rebelles Pharaones digni sunt pecunia, digni felicitate mundana, digni delicijs & reliquis gutturis & uentris uoluptatibus, nimirum ut qui in hoc saeculo una cum principibus suo regnant, in futuro cum eo sempiternis ignibus commitentur. Horum sit quolibet modo congerere diuitias, potentia praestare, intentare mala subditis, optimum quemque inuicia afficere, uim exercere, rapere, expilare, uigulare & satanicae libidinis explendae gratia caelum terra, mare caelum miscere. Nobis alia ratio est. Nam qui sub imperatore Christiano meremus, satius fuerit quiduis potius uel facere nos pati quam ab eo, cui semel nomina dedimus fugitinos depredari. Perstandum igitur est in Christi fide & masculis armis quidquid acciderit aduersi perferendum. Et quantum Christianis praestat ferre quam inferre iniuriam, omnia tela diaboli & uiciorum eius iacula inuiolabili scuto fidei & patientiae clipeo impigre excipiamus oportet, nullum certamen, nullum periculum non subituri pro nomine Christi, nullum abesse debet ut alijs quamlibet inimicis & iniquis non damnum demus uel regeramus iniuriam. Caeterum si uel

deus aliquem ex mundi huius dynastis uiro cuiusdam bono  
 malum struere aut moliri insidias, ne mireris magnopere,  
 sed mox tacitus tecum dicito, iste exequitur mandatum sui  
 principis. Sic enim sese res habent, ut q̄ militant Christo Chri-  
 sti, qui diabolo diaboli agant negotium. Nos autem quo si-  
 mus in tolerandis iniurijs animosiores, cogitemus & Chris-  
 tum nobis in exemplum longé tulisse grauiora, & quæcum-  
 que iniuste tolerauerimus, ea nos pro ipso Christo, qui uera  
 est iustitia toleratuos. Certè quisquis proximo facit iniuriã, Athanasi.  
 Christo facit! Quæcumq; quis proximo fecerit, ait Atha-  
 naseus Alexandrinus episcopus, ea perinde estimantur quas  
 si domino facta sint, qui nostra causa descendit, nostra cau-  
 sa mortuus est. Doctè quidem ille atq; Christianè. Christus  
 eum quem admodum in suis membris uestitur, saginatur, de-  
 fenditur, opulentatur, honoratur, ita eregione quoq; nuda-  
 tur, emaciatur, opprimitur, expilatur, contumelijs afficitur,  
 nimirũ qui non solum Deus noster est & seruator, sed in tem-  
 plo quoq; cordis nostri presens habitat. Hic providere suis  
 nouit. Hic & potest & uult uicem reddere inimicis. Non  
 ergo rependere mala malis, sed ultionem omnẽ uindicti Chri-  
 sto committere hominis germanè Christiani est, Vim & in-  
 iuriam intentatam fugere, declinare, auertere licet, ulcisci  
 non licet. Ex his patet, non alteri, si quis quem aliquo ma-  
 lo afficit, sed ipsum maxime sibi nocere, quando nullum non  
 malum sua manet pœna.

DE TIMAGENE ET HIARBITA MAURO. GLO  
 riam uirtute, uirtutem labore parari.

Cap. VI



Imagines rhetor eloquentie laudem  
 captans declamationibus amicos ad-  
 hibuit, qui dicentem studio applau-  
 su ac honorificis acclamationibus ex-  
 ciperent. Huius excitatus gloria atq;  
 emulandi studio accensus Hiari-  
 Maurus, dum Suffenum agit ac su-  
 uidetur Demosthenes atq; clamore Stetora uincit, fissis ro-  
 tisq; uisceribus immatura & ante diem accersita morie  
 cubuit.

Statuendus uesana cupiditati modus est. Arcer-  
 da intra modestie claustra immodica & superflucns ambu-  
 tio. Cohibendus parum honestus & effrenus ex re qualibet  
 parande glorie uenatus. Nunq̄ sit uotorum compos cupi-  
 ens rerum impossibilium. Qui nimium cupit semper minus  
 quam cupit assequitur. Proinde si cupitis potiri uoles, ne cu-  
 pius quod assequi non possis. Ceterum ne splendore glorie  
 alienae & uicinae laudis emulatione pelli inopinabilibus  
 & insperatis difficultatibus, maxime rerum litterariorum  
 incauti & imprudentes opprimamur, prouidendum aut  
 omnia dignum laude opus exorsuro, ut sit materia pau-  
 ingenium, conatui uires aequae respondeant, animus ad labo-  
 roris patiens & infractus & multiplici atq; copioso & re-  
 destinatae largiter suffectura suppellectile instructus. Non  
 consiliū est, ut in exploratus uirū onus ullum subeat. Quis  
 potius magna tractaturus in paruis periclitetur ingenium.  
 Incogitantis est & inconsyderati, ita humeros onerare sar-  
 cinis, ut protinus primo alteroue conatu defectus concidat.  
 Itaq; si quis glorie fuerit sitientior, labore quidem paratior

illam, non tamen quolibet, sed consulto atq; circumspecto & quo uirtus ipsa quoq; patre gloriatur. Eodem enim patre eduntur & uirtus & gloria, nimirum sorores germanæ & perpetuò indiuiduæ, usq; adeò, ut præcedentis uirtutis uestigia inseparabilis atq; contigua comes gloria sicut umbra Solem subsequatur. Scite igitur Isocrates. ὦρ τὰς Δόξας ἰοιλοῖς, μὴ μὸν τὰς πρῶξας. Vnde quisquis uiri clari cuiuspiam nominis, celebritatemq; exoptat, operam cum primis det, ut ipsius uirtutem quoq; assequatur. Hanc enim si habuerit, & illum habebit. Non autem est possibile, ut quis gloriam illi strein sine insigni uirtute comparet. Porro ad uirtutem parandam utiq; & mente & sudore opus erit, Sic enim Hesiodus cecinit.

τῶν μέντοι κακότητα κήϊλα δ' ὄρ' ἐσιρ' ἐλέσθαι  
 πρὶ δ' ἴσως, ὀλίγη μὲν ὁδὸς μάλα δ' ἐγγύθι ναίει.  
 τῆς δ' ἀρετῆς ἰδρῶτα θεοὶ προῶριθεν ἔθικαυ.  
 Αθάτατοι μακρὸς δὲ καὶ ὄρηιος οἶμος ἐπ' αὐτῶν  
 καὶ τευχῶς τὸ πρῶτον, ἐπ' αὖ δ' εἰς ἄκρον ἴκηται,  
 πρὶν δ' ἔπειτα πέλαι. χαλεπήπερ' εὐσῶα.

Hesiodus.

Labore igitur uirtus, uirtute gloria paratur. Hac uia incedant, hac grassentur si qui sunt ueræ gloriæ cupientes. Nam quæ uirtutis uia ceu prærupta et imperuia absterriti aliò declinant & per luxum & secordiam compendia querunt, his idè accidit quod de Ixione ferunt fabulæ. Quemadmodum enim is lunonem compressurus dum fugientem comprehendere cõplectiq; festinat, nubè in mulieris formã fictã & obiectã cõplexus est, ita illi quæ citra sudorẽ, uirtutisq; præstatiã gloriõsi esse uolunt per gloria uera et solida laude uanũ gloriæ simul



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

lachrum & umbratilem laudis imaginem comprehendunt  
homines inepti & ridiculi & à cordatis & eruditis con-  
nibus ridendi. Huius farinae haud parum multos uideam  
nostra tempestate ineptire, nimirum q̄ Christi esse uolunt in  
ecclesia & Petri & Pauli & uitam uiuunt mollem & in-  
ertem & impiam & à moribus Christi, Petri, Pauli discre-  
tissimam, tragici reges & Simij purpurati, quibus utiq; no-  
tris opus esse dicas bicornibus & rubris galeris ad con-  
gendas tot modis detectas Phrygij regis auriculas. Pericu-  
lum enim est, ne deplumetur aliquando cornix Esopica, ne-  
pe garrula atq; tacere nescia & ambitione, ferocitateq; im-  
modica semet ipsa traducens. Meo iudicio satius foret, si res  
so quod nimium est sponte nostra modum imponeremus &  
piditatibus quam expectare donec monitis id & fortasse  
ribus cogamur alienis. Certè paruum esse præstat cum qui-  
te quam magnum cum inuidia. Ego & sedandis & antea  
tendis tumultibus ecclesie summo studio consulendum  
deo. Vereor enim ne inter tot ac tam discordes atq; dissen-  
tientes principes & populos ingens aliquando & hanc  
cili negotio extinguendum consletur incendium.

THEOPOMPVM HISTORICVM ET POETARVM

Theodectem à tractatione legis Mosaicæ correptione  
diuina esse absterritos, & sine gratia cœlesti  
sacram scripturam nemini esse intelli-  
gibilem. Cap. VII.



Theopompus historicus, quo scripta sua pluris est  
marentur, aliquid legis Mosaicæ admiscere illis  
induxit animum. Hoc nomine perinde quasi pro-

phanus & indignus prophanis & indignis diuina prodi-  
 turus mysteria, imminuta diuinitus & percussa mente dies  
 plus minus triginta desipuit. Quin & noctu per quietem  
 admonitus fertur, ni protinus cœpto desistat nunquam sa-  
 nam sibi mentem redituram. Territus ergo atq; cœlestibus  
 cedendum ratus imperijs resiliuit à proposito, & ita demum  
 resipuit. Hoc ipsum facere exorsus poëta Tragicus Theodec-  
 tes eodē momento captus est oculis. Idē intellecto & agnito  
 crimine ueniam precatus uisum denuo recepit. Castē &  
 & religiose mysteriorum diuinorum subeunda sunt adyta.  
 Magna sobrietate pensitanda spiritus cœlestis oracula. Ema-  
 culatis ac puris membris æternæ sapientiæ uerba tractanda.  
 Non enim solum ethnici oculis & mentibus capiuntur,  
 si quando sacrarum literarum penitiora recludere cona-  
 ti fuerint, nimirum ignari & incapaces donorum cœlestiū,  
 sed Christianorum quoq; non pauci, neq; indocti quidem  
 exoculantur nonnunq̄ atq; insanunt, quoties animis parū  
 purgatis & sancto spiritu uacuis plus sapere uolunt quàm  
 possunt. Neq; aliunde tot iam sectas & factiones laceratio-  
 nesq; Christiani gregis erupisse per orbem existimo, quàm  
 quod professores theologiæ & hi, quibus caularum domis-  
 nicarum cura demandata est, & ipsi parum se capaces ex-  
 hibent gratiæ diuinæ. Nam dum uentose facundiæ furo &  
 imaginaria sapientia, sanctimoniaq; turgidi nihil nescire se  
 arbitrantur, neglectisq; cœlestibus, proprijs fidunt uiribus,  
 immisit in illos dominus spiritum erroris & mendacij, ut  
 cernentes non cernant & intelligentes non intelligant. Rue-  
 runt ergo miserabiliter complures haud parui nominis in  
 ecclesia uiri non sine multorum exitio eadem uestigia se-

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

quentium, euidenti exemplo neminem quamlibet ingenio  
 prestantem, quamlibet eruditum & litteratum citra super-  
 bias diuini spiritus, precium operæ aliquod in litteris diuini  
 nis facturum. Nihil enim facit ad intelligentiam sacrarum li-  
 terarum florens ac dextrum ingenium, nisi piarum memo-  
 riarum illustrator spiritus preesto fuerit. Nihil momenti affert  
 ad prophetarum scripta interpretanda multiplex & uariis  
 disciplinarum eruditio, nisi idem prophetarum doctor spi-  
 ritus & suggestorem nobis egerit amicum & beneuolentem  
 interpretem. Frustra sudat, frustra se casso labore torquet  
 admirator Christianæ sapientiæ, nisi gratia diuina & occu-  
 pentis literæ uelamentum dimouerit & spiritus uiuifican-  
 tis exeruerit sententias reconditiores. Vnde cum primis effi-  
 caciæ debet ardenti cœlestis philosophiæ candidam nec  
 tam disciplinarum & artium liberalium perceptio quam  
 ut cor mundum & mentem piam & a uitiorum sordibus  
 defecatam ceu sancto spiritui congruens domicilium afferat  
 quandoquidem ex omni mortalium genere hi demum soli  
 qui mundi cordis fuerint, Deum sunt in sacris litteris sapien-  
 tem uisuri. Non enim simile ueri est, eum probaliter sapien-  
 terq; de cœlestibus cogitaturū, cuius mores & actus terreni  
 sunt. Non est hominis eiusdem seruire ueniri & sacramen-  
 pturam intelligere. Non est hominis eiusdem studere mari-  
 pio & nosse diuina mysteria. Mundus sit oportet & ab  
 omni terrenarum secum labe repurgatus animus, cui sit ex-  
 us arcana sua figurarum parabolarūq; inuolucris oblecta-  
 re tecturus. Ex his perspicuum est nihil synceri sapere  
 eos, qui hodie sub doctorum pastorumq; titulo uirtutis for-  
 mulam ceteris prescribentes uitam ipsi turpissimam & pe-



omnem aetate Baccho & Veneri consecratam agunt. Nam licet quotidiano docendi officio scientiam sacrarum literarum uendunt ac mirè sibi placeant quoties uerba fecerint ad populum, tamen mores barbari & inhonesti atq; uitae notorum scelerum foeditate contaminata ipsos traducit ac falsos infatuatos, caecos duces, dealbata sepulchra & hypocritas pessimos arguit. His ego nullos arbitror ecclesiae hostes capitaliores. Quidqd enim in ecclesia mali nascitur, istorum noxio & contagioso exemplo nascitur, dum uidelicet populus imperitus nihil non licere sibi existimat, quod uidet licere suis doctoribus. Nam si, ut fieri solet, doctoris peccatum peccandi facit audaciam discipulis, manifestum est, non tam uerbis sterilibus à peccatis populum auocari quam allici ad peccata turpiter & illicite factis eorum, qui uerbis docent bene facere. factis aut exemplo sunt male uiuendi. Obseruandi igitur sunt eiusmodi impostores & uentris economi tanquam ad populi docendi functionem inepti, ut qui tum fide uacent tum gratia, sine quibus impossibile est Christianè ac pie & uiuere & sapere & docere. Non enim penetrant homines carnales ad nucleum ueritatis euangelicæ, sed coram tantummodo circumrodunt, quandoquidem experientibus gratiæ diuinæ & mundi huius uoluptatibus impeditis pertingere non datur, quò cælesti spiritu illustratis animis. Si Epictetus Philosophus indignè tulit, quoties homines temerarios & sinistris foedisq; moribus corruptos animaduertit philosophica contrectare studia, quemadmodum prodit Gellius, quanto iustius nos CHRISTIANI, qui pietate et uirtute omnibus Gentibus bene uiuendi exem-

Gellius.



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

plo esse debemus, si quando scelerosos atq; prophanos diuina  
 na mysteria disputare & simul Christi philosophiam religio-  
 gionemq; impuris impijsq; conspurcare actibus uideri-  
 mus tanquam nauseabundi τὸν λεκάυλιν postulat  
 Epictetus. ri sumus & cum Epicteto dicturi, ἀνθρώπε ποῦ εἶσαι  
 λης; σκέψαι εἰ κοινὸν καὶ καθαρόν τὸ ἀγγέλιον, ἀν γὰρ εἶσαι  
 τὸν οἶκον ἐσάλλης; ἀπόλετο. ἢν εἶπῃ ἢ οὐδὲν ἢ ὄχι  
 Gregori. νοίτο ἄν, ἢ τί τοῦ ὑποχέου. Quare haud insecite Grego-  
 rius Nazzenus, Mundificari, inquit, prius oportet & ut  
 alios mundificare, sapientem prius reddi & sic ceteros red-  
 dere sapientes, lumen fieri & ita alios illustrare, acco-  
 dere ad Deum & sic tandem alios quoq; ad Dominum  
 adducere. Hoc loco rogatos uolo atq; per ipsum Christum,  
 cuius uicarios agunt, obtestatos episcopos pastoresq; eccle-  
 siasticos, ne ferāt q̄ par est aegrius aut odio priuato putenti-  
 aliqua ue obstrigillandi temeritate factum, quoties me in  
 correptionibus generalibus ecclesie prepositos uel scorta-  
 matis incesse uiderint uel dictis impetere asperis ac pu-  
 rum ciuilibus. Malos enim hoc pacto correptos uolo, non  
 bonos. Caterum ut euidenter pateat, quo sum in hunc ordi-  
 nem animo, uidetur operæ præteritum, ut ad præcludendam  
 omnem calumnie fenestram hac de re semel hic mea uide-  
 tur sententia. Ego pastore bono nihil melius duco, ni-  
 hil uenerabilius. Rursus malo nihil peius, nihil magis  
 detestandum. Potest enim uterq; ouibus CHRISTI  
 plurimum afferre uel salutis bonus uel malus exitij. Quis  
 propter bonum quidem ueneror ut ipsum Christum, malum  
 uero detestor ut ipsum Satanam. Bonum dico, qui mundo  
 eū sapientia sua ualedicto aut saltem non magis factō Christi

sequitur et ouile dominicum non solum noce uiua atq; pabu  
 lo uerbi dei syncero pascit, sed etiam suis ipsius uirtutibus et  
 benefactis docet ac ducit ad regni cœlestis consortium. Ma-  
 lum assero, qui deditur uoluptatibus, qui honores captat, qui  
 sudet opibus, qui regibus mundi blanditur, qui ambit pos-  
 tentiam, qui titulis magnificis gloriatur, qui diuitibus fauet,  
 qui aspernatur pauperes, qui deniq; sua tantum docet atq;  
 curat neglectis, quæ Christi sunt, et ob id oues commissas do-  
 ctrina notha pariter & malo exemplo inemendabiliter se-  
 ducit, corrumpit, perdit. In hoc ergo scripta sunt, si qua scri-  
 ptimus in pastores ecclesiasticos, nimirum ut & boni ani-  
 mentur & in agendo Christi negotio perseveranter & ani-  
 mose perstent & mali pudeant aliquando & recordentur  
 officij, si intellexerint utriq; quid inter uicarium Christi &  
 Satane mancipium intersit. Neq; subscribo nuper natis illis  
 ac prodigiosis magistris, qui magno supercilio & ingenti  
 uerborum et syllogismorum apparatu contendunt homines  
 Christiani nominis, cuiuscunq; uel conditionis uel sexus fue-  
 rint, omnes esse apostolos, omnes prophetas, omnes sacerdo-  
 tes, doctores, pastores, ordinem ecclesiæ atq; disciplinam om-  
 nem peruertentes, adeo, ut agricolas an.alphabatos, & si  
 Paulo placet, mulierculas etiam aliquot Christi euangelium  
 id temporis in publico docere uiderimus. Neq; rursum istis  
 accedo, qui dicunt Ro. pontificem esse Antichristum, episco-  
 pos ministros & apostolos eius, & hoc nomine citra respe-  
 ctum alicuius indiscriminatim omnes ad unum proscriben-  
 dos & suis pellendos sedibus. Non ita deliro, non tam  
 cæci sum animi, ut probos cum reprobis mordaci filo per-  
 stringam & sic in qualescunq; promiscuè debaccher anisti

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

tes ecclesiasticos. Absit ut quorum cōmunionē gloriōr, et  
 uerbis petulantibus inuadam, Imò ut expresse loquar, et  
 bonos episcopos & bonos pastores, quemadmodum dixi,  
 nerandos arbitror, malos utcunq; ferendos potius quàm  
 ecclesiæ tumultu persequendos, donec ipse sūnus pastor  
 Iesus Christus uel per afflatum sancti paracleti uel per flagel-  
 lum diuinum uel, quod neminem non optare uideo, per sy-  
 dum aliquam œcomenicam suis ouilibus consuluerit. Pro-  
 ãe si nūnunq; de episcoporū pastorūq; incuria somnolenti-  
 sacro cōquestus et forte fortuna cū Paulo dixero oēs curas  
 quæ sua sunt, neminē quæ Iesu Christi, nō ita accipiendū est,  
 quasi nemo iā sit, qui uel rei Christianæ curā gerat uel possit  
 ac uelit & ipse uiuere piē & alios docere iuxta formulam  
 Christo præscriptā, sed eodē, quo idem scripsit sensu Paulus  
 qui haud dubie tū temporis nō solus Christi agebat negotiū,  
 sed & Barnabam habebat & Timotheū & Titū & alios  
 innumeros fidos utiq; et strenuos cooperatores gnauiter et  
 impigrē laborantes in uinea dei Sorech, Noui. n. cōplures in  
 ecclesia uiros non minus pietate & uirtute q̄ sacrarū literarū  
 peritia conspicuos, qui nihil sibi faciūt reliqui ad prom-  
 uendā gloriā Christi. Verum ob paucitatē comparati ad im-  
 pios illos & indoctos & impios quasi nulli uidentur, et  
 ego desyderio augendi profectus ecclesiæ in exhortando, et  
 rociōr interim esse malo, modo & officiosus quā cautior et  
 ignauus. Et certē satius est placuisse paucis & bonis cū Chri-  
 sti fauore q̄ multis & malis cū applausu mundi. Itaq; nihil  
 metuo malorū multitudinē, modo paucitas mihi studeat bo-  
 norū. Alij dulcia sectentur & uerborū lenocinijs ac pompis  
 blandiantur mūdo, mihi placet acerbitas et amaror ueritatis.



## DE TACENDI STUDIO AGATHONIS

monachi, & esse linguam tempestiuo silentio fre-

nandam. Cap. VIII.



Agathon monacho ad eousque lingue  
parsimonia studio fuit, ut hoc nomine  
continuos annos tris tulcrit in ore cal-  
culum. Idem germane Christiano tris  
congruere censuit, quorum primas  
tribuit silentio, orationi secundas, ter-  
tias mansuetudini. Iracundus enim, in-  
mortui reuixerint, fidem non faciet se

quit, uel si eius nutu  
esse fauorabilem Deo.

Non minoris est nosse tacere

quam dicere. Neq; pluris habenda ars dicendi quam ta-  
cendi, quando qui nescit tacere neq; dicere nouit. Sunt er-  
go partes eruditi præceptoris nihilo incuriosius indicare  
continendæ lingue officia discipulis quam præcepta trade-  
re honestandæ atq; amplificandæ orationis. Non enim qui-  
uis calluerit & quid & quantum & quando & ubi dicen-  
dum sit. Non omnia ab omnibus apud omnes effutienda.  
Est interdum quod tacere præstiterit quam dicere. Est etiã  
nonnunq; quod non sine fraude fuerit audire, ne dicã effe-  
re. Ab usu lingue immodico temperandũ & multa quidem  
esse tũ uidenda tũ audienda, pauca uero dicenda, ipsa docet  
natura, quæ mortalibus binos dedit oculos, binas aures,  
unam duntaxat linguam, eamq; duplici labiorum ac dentiũ  
uallibus septam, nimirum hac ipsa tam enriosa custodia signifi-  
cans uel tantillam corporis humani portiunculã esse insigni-  
quã & accurata obseruatione dignã. Obseruanda utiq; et  
impensius diligentiusq; reliquis membris omnibus erudien-



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

da lingua est, in primis uerò inconsulta ipsius & supra modum exundans luxuries uenerandis & honestis uirorum sapientium præceptis & exēplis ad parsimoniā atq; tēperantiā redigēda. Nā sapientissimus quisq; parcissime loquitur. Et

Homerus.

Homerus quū Atridū Menelaum ceu bonū uirum & sapientia præstantem, laudatū uoluisse hisce uerbis eū decorari. *παῦρα μὲν ἄλλὰ μάλα λιγέως, ἐπειδὴ πολὺ μὲν ὄσκιον.*  
 Rursus multa uerba pauca sapientie præferunt indicium. Haud enim factu facile est, ut quis multum pariter & sapienter loquatur, quando & hoc ipsum, multum loqui exorsus quidam sit à modo & sapientia digrediens. Scite igitur atq; consultē Pythagoras discipulis recens in disciplinam præceptis certū tacendi tēpus præscripsit, alijs longius, breuius alijs, prout igenia & mores uniuscuiusq; poscebant, nemine ne ad discendū quidem existimans idoneū, qui tacendi fuerit imperitus. De quo eleganter & lepidē Palladas.

Palladas.

*ἢ μεγάλη παιδεία σιωπῆς ἐν ἀνθρώποισι σιωπῆ.  
 Μάλιστα Πυθαγόρας τὸν σοφὸν αὐτὸν ἔχων  
 οὐ λαλεῖν εἰδὼς, ἑτέροισι εἰδὼσκε σιωπῆ.  
 φάσμα κομησικῆς ἔγκρατες εὐρύμειος.*

Ab hoc instituto Pythagorico emanasse arbitror morem hodie in scholis uulgaribus quoq; custoditum, quo uidelicet in auditorijs fas non est loqui discipulis nisi interrogatis. Et rectē id quidem. Est enim discipuli studiosi & benemorati auribus uti non lingua, diligenter auscultare non obstreperere, tenere silentium non ineptis & intempestiuis fabulis magistris & condiscipulis negotium facessere. Ceterum laudes lingue continentis atq; silentij commoditates, loquacitatis arguunt famosa dispendia, multis enim calamitates

versuit incogitans garrendi libido. Multos multis affecit  
 malis futilis linguæ temeritas. Multos in exitium præcipitas  
 uit impudens & immodica quidlibet effutiendi petulantia.  
 Non pauci deniq; , quibus ratio atq; doctorum institutio mi-  
 nus persuasit illud Menandri.

Menander.

αὐδερ σιωπῆς ἐστὶ χρῆσιμώτερος.

Euripides

Suo malo tandem didicere uerum esse quod ait Euripides.  
 Ἀρχαλίον σομάτωρ, ἀνόμου τε ἀφροσύνης τὸ τέλος δὲ  
 συχία. Neq; id mirum. Non enim semper impune feruntur  
 tur uerba immodicè libera ac temere & incogitanter effusa  
 sed nonnunq̄ ingenti aucta scenore per aulhoris iugulū re-  
 torquentur. Vnde loquaculis illis & ὀξύγλωσσοις consu-  
 luerim, ut loquenda, si qua sint, expendant prius quàm elo-  
 quantur, ne uidelicet sermo præceps & immaturus uelut  
 adulterinus numus eòdem repellatur unde exierit, Præcla-  
 re atq; grauiter uetustissimus poëta Theognis.

Ποῦ δ' ἄνι γὰρ τὸ κακὸν κατακτείνετο ἔνδορ ὄμειορ, Theognis.

Hoc nomine uirum cordatum atq; tranquillitatis amantem  
 uigilans & singularis cura tenebit sobriè & inculpate lo-  
 quendi. Nam si quis parum circumspectè ac citra delectum  
 ullum apud quoslibet quælibet effutiuerit, fieri non potest,  
 quin crebris lubricantis linguæ lapsibus ruat in pericula,  
 eòq; magis, quò ingenij fuerit præfractioris. Quum igitur  
 non solū ipse sibi infaustus sit & funestus homo garrulus &  
 loquax, uerum etiam iuxta Platonem cæteris quoq; impo-  
 ritus & molestus & idcirco inuisus omnibus, eritendū exi-  
 stimo, ut Agathonem hunc nostrum imitati studiosiores nos  
 exhibeamus honesti & modis omnibus tuti silentij quàm

Plato.

**Apolloni.** stultæ & nunq̄ non errantis, nunq̄ non periculis obnoxie lo  
 quacitatis. Nam πολυλογία πολλά σφάλματα ἔχει. π  
 δὲ σιγὰρ ἀσφαλές uel Apollonij testimonio. Atq; ut Pla  
**Plutar.** τarchus ait, λόγου κιστοφάτης πρῶτα γματ. Βασυτάτ  
 ζημία κτλ τὸν θεῖον Πλάτωνα, καὶ παρὰ θεῶν ἔπος τῶν  
 παρὰ ἀνθρώπων. ἢ δὲ σιγὴ πανταχοῦ ἀνοπιεῖται.  
 Verum quorumnam sententiæ rationes siue uel odium loquac  
 itatis commodius uel silentij studium efficacius nobis per  
 suaserint quàm illa ex uerè sapientis ore progressa uerba  
 λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι πᾶρ ῥῆμα ἀεγὸρ, ὁ λαλῶσασι, οἱ δὲ  
**Math. 12.** θρωποὶ, ἀποδώσουσιν πρὸς ἑαυτοῦ λόγον ἐν ἡμέραι κρίσε  
 ως. Εκ γὰρ τῶν λόγῶν σου δικαιωθήσῃ καὶ ἐκ τῶν ἰσ  
 γῶν σου καταδικασθήσῃ. Hæc ego uerba Christi non  
 solū pro templorū foribus ac publicis castellorū & urbū por  
 tis & edificijs, sed in omnibus etiam priuatarū domarū in  
 stibulis, in omnib. foris & uicis, in omnib. deniq; triuijs &  
 cōpitis optarim scripta proponi populo, nihilo minus Chri  
 stiani fructus & salutis allaturū id existimans q̄ tot hodie et  
 tanto impendio positæ in templis & extra tēpla auratæ &  
 argentatæ diuorū imagines. Nam si leuium & otiosorū uer  
 borū ratio à nobis exigetur in die iudicij, quid de tot inco  
 sultè & uiolenter & impiè dictis futurū opinabimur? Stul  
 tū est putare eū iudicē, qui uiliū etiā & aniliū fabularū sic  
 rationē exacturus, calūnias, probra, cōuitia, criminatiōnes,  
 contumeliasq; occlusis oculis & surdis auribus transiurū.  
 Hinc optimo cuiq; æstimare liccebit, quantū malorum pariat  
 lingua loquax & uerborū prodiga? quantū etiā bonorum  
 eadem continens ac taciturnitatis amatrice? Quantū sibi p  
 nicii cumulatuos putemus garrulos illos atq; cetera quæ



uis loquaciores, q̄ in morē hirundinū dies & noctes ineptis  
sima atq; sceleratissima quæq; garrūt? Rursus quanto ma-  
lo cariueros, qui in hac uita uel muti degunt uel lingue usq;  
parcissimi utūtur? Verū est qđ scribit Hesiodus uel ethnicus

Hesiodus.

ῥῶσ σὺς τοι θησαυρὸς ἐμ' ἀνθρώποισι π' ἄριστος,  
φειδῶλης, πλείη δὲ χάρις κατὰ μέτρον ἰότης.

Ceterum haud iniuria magnam dixeris creatricem hu-  
mane calamitatis & miserie linguam, nimirum quæ morta-  
libus nunquā ferē non plus mali soleat quā boni afferre.

Quid autem boni afferat etiam eruditissimam quamlibet ornate  
atq; disertæ lingue potentiis, duorum clarissimorum orato-  
rum Demosthenis atque Ciceronis uiolenta & immatura  
mors indicat, magno argumento indomabile esse hoc mem-  
brum & exitiosum, nisi frenetur fide & religione Chri-  
sti.

## EPITAPHIUM SARDANAPALI AC

Darij Hystaspis filij cum adhortatione ad uitam

temperatam. Cap. IX.



Sardanapalus rex Assyriorum ulti-  
mus, homo & uiri nomine indignus  
& meretrice quauis corruptior, hæc  
monumento suo uerba inscriptum iri  
præcepit.

ἔθιε, πῖνε, ὀχευε, ὠπυε τ' ἄλλ' οὐδὲ  
νόξ' ἐσιπ' Ἀξία.

Atq; ut quidam produnt & ista,  
ταῦτ' ἔχω, ὅσ' ἔφαγον ἢ ἐφύβρισα ἢ μετ' ἔρωτος τρε-  
π' ἔπαθον.

Epitaphiū utiq; egregiū, suis tamen aut asini sepulchro con-



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

gruentius quàm hominis. Ferunt huic hoc succinuisse modum  
Cratetem philosophum.

Ταῦτ' ἔχω, ὅς σ' ἔμαθον ἢ ἐφροντισσα ἢ μετὰ Κρατῆρος  
Σεμὺν ἔδασμ.

Et pulchrè quidem Crates, nimirum ut philosophus, et  
cuius tamen. Ego uero dixerim.

Πίσεως ἢ γήφωρ, ὡς πρὸς τὰ ἄλλ' οὐδ' ἐνός ἔστιν Ἀξία.  
Et rursus.

Ταῦτ' ἔχω, ὅς σ' ἔμαθον τ' ἀδίκως ἢ ἔδωκα πενιχρόν  
ἢ μετὰ τῷ Χριστῷ καλὰ πρᾶγματα τισὸς ἐπ' ἐξεία.

Si tamen gloriari cum Paulo in domini cruce non fraudat  
homini Christiano. Ab hoc Sardanapalo non perinde adha-

dit Hystaspis filius Darius, qui inter cætera sepulchralis in-  
scriptionis & hæc uerba adiecit. ἠδ' ὡς ἀλλο ἢ ἄλλο

πίνειν πολὺν καὶ τοῦτο φέρειν καλῶς. Quasi uero  
id regie maiestatis aliquid referat, si quis potando turpitu-

num quemq; ciniflonem, liguritoremq; exuperauerit.  
Non habere comperta, sed facere mala malum est. Neq; cog-

nitio uitiorum obest ad uirtutem grassaturis, uerum ignora-

tia sepe numero non prodest, quando qui nescit uitia nec ui-

tutes nosse uidetur, & ut summatim dicam, perniciosissima  
queq; mala declinatu haud sunt facilia nisi cognita. Boni

exēplis incitari debemus ad uirtutes, malis auocari à uicijs.  
Nam peccata aliena bonis uiris faciūt animos peccandi patri-

cius, benefaciendi auidius. Atq; hanc ob causam sceleratissimorum  
flagitia referuntur, ut pestilentem ipsorum contagio-

sumq; conuictum & exemplum auersati ad imitanda bono-  
rum benefacta reddamur propensiores. Qui uitæ molli &  
effæminatæ insueti nunq; non lautitias deliciasq; sectantur.

quique cogitatus conatusque omnes huc destinant, ut foedissimis  
 ventris & Veneris voluptatibus affatim inseruiant, hi tamē  
 mensi insigniter sibi bene sapere uideantur, haud dubie tamē  
 facti sunt: & bestiis atque pecudibus nihilo praestantiores.

Non enim censendus ille uel dignitate est uel uocabulo hu-  
 mano dignus, qui ratione omni uiduatus pecudis uitam  
 quotidie uixerit, non hominis. Neque discriminis aliquid  
 esse arbitror inter suam aut asinum ueram & hominem  
 sullo aut asinino more uiuentem, nisi fortasse quod i sus  
 quidem aut asinus usibus simulatur humanis, homo au-  
 tem suillus aut asininus citra singulare quoddam & suum  
 & plurimorum dispendium uiuere non potest. Eiusmodi  
 hominum copiosum utique & plus satis uberem prouentum  
 nostra protulit aetas, quae si unquam alia, uitiorum omnium  
 supra modum fertilis est. Multa uidi, plura audiui, plu-  
 rima legi, nullum tamen me unquam uel uidisse uel audisse  
 uel legisse memini saeculum hoc nostro contaminatius. Et  
 diis quidem saeculis licet homines perditis & inquinatis mo-  
 ribus deprauati haud infrequentes extiterint, tamen uir-  
 tus erat uirtus & uitium erat uitium, nostra uerò tempe-  
 state adeo usque rerum uices inuertuntur, ut uirtus uitij loco,  
 uitium uirtutis ponatur. Modestiae studiosi, amantes tem-  
 perantiae, sobrietatis cultores et si qui sunt sincere pietatis,  
 religionisque admiratores hodie inhumani, sordidi, im-  
 ciuiles, rigidi denique & pharisaici simulatores & mi-  
 serambropi habentur. Contra qui aetatem omnem in om-  
 ni luxu & aetia conterunt, hi sunt splendoris appetentes,  
 urbani, ciuiles, populares, dextri denique et omnium horarum  
 homines & quod mireris, non minores dei quam hominum amici.

## CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

Ad hæc quo quis delicatius uestitur, cœnat sumptuosius, mol-  
 lius incedit, loquitur petulantius, uiolentius & iniustius  
 agit, uiuit intemperatius sceleratiusq;, hoc maiorem illa  
 oremq; & integritatis & uirtutis opinionem consequitur.  
 Breuiter quo quis pluribus & scœdioribus flagitijs conuinc-  
 natus fuerit, hoc maioribus clarioribusq; uirtutibus prædi-  
 tus existimatur. Pulchrum est placere mulierculis & mor-  
 pecudum dies & noctes litare Veneri. Honestum est quod  
 die madere uino & à luce ad lucem tenulenta producere  
 conuiuia. Habetur uirtus egregia, si quis uorando suam, por-  
 tando bouem uicerit pannonicum. His artibus opera datur  
 præcipuis quibusq; uel populorum gubernatoribus uel  
 pastoribus gregis Christiani, tanto studio atq; exerci-  
 tio, ut nihil aliud pensi habere uideantur quam quo pat-  
 utriq; alteris malè uiuendi palmam præripiant. Tam egre-  
 gij gubernatores, quos par erat erudire & uerbo & opere  
 ad uirtutem & Christum ducere subditos, hos pessimis ex-  
 emplis illectos uia secum in miserabilem seruitutem uentis  
 tanquam exitiosam & mortiferam diaboli decipulam perre-  
 hunt. Sequitur ergo suos duces populus, cæcus cæcos, et qui  
 do sumptus insanos ex æquo facere non potest, quos tantum  
 potest facit. Nam quidquid profestis diebus suo quisq; opor-  
 cio numorum comparat, id ferijs totum uentri donat auaro.  
 Hinc fit, ut in haud parum multis ciuitatibus popimarij &  
 stabularij & œnopolæ & reliqui hoc genus serui uentris &  
 sordidæ uoluptatis artifices, qui quondam extrema nobilitas  
 tur ignominia, nunc primas teneant ac cæteris ciuibus non  
 mediocriter diuitijs præstent, fortunis uidelicet, sudoribusq;  
 populi hac tam noxia & scœda uorandi potandiq; assuetudine

ne omnibus paulatim ad eos transcūtibus. Præterea est opi-  
 nio vulgaris, eum qui diuitijs præstat, etiam præstare sapien-  
 tia. Creantur igitur ex popinarijs istis diuitibus uel suopte  
 ingenio honorū famelicis popinarij consules & senatus po-  
 pinarius non sine ingenti pernicie populi atq; Christianæ to-  
 tius reipublicæ. Quid enim ab istis expectandum censea-  
 mus germanæ salutis, q̄ aliud nihil didicere quàm quod Esa  
 ias ait, Comedamus & bibamus. Cras .n. moriemur. Quid  
 faciat populus, quum consules ac cæteri, qui sunt magistra-  
 tus, totos annos celebrent Bacchanalia, ueneris negotiū agen-  
 tes potius quàm suscepti honoris? Si his artibus uirtus para-  
 tur, si sic itur ad astra, quur non & ipse populus totos dies,  
 totas noctes potet, nepotetur, insaniat? Expendatur, num fal-  
 so quis dicat de optimatibus nostris illud Aristophanis?

Esaï. 22.

Aristoph.

οἱ βέλτεροι γὰρ ἀνδρας ἢ γούνται μονους  
 τους πλεῖστα δ' υναμείνους κατὰ φαγεῖν τε καὶ πιεῖν.

Ceterum reuera hoc tempore cibi ac potus temperantia su-  
 peramur à bestijs nihil ultra necessaria attingentibus, quæ  
 gula nostræ neq; terræ neq; maris sufficiant. Pudori nobis  
 esse debent, quæ nemo sanæ mentis tanquam suilla culpaue-  
 rit, uerba Grylli à Circe ex homine in suem transformati et  
 apud Plutarchum cum Ulysse disputantis in hunc modum,

καὶ πρὸς ταῦτα καὶ πρὸς ἄλλα πολλὰ καὶ ἡδονὰς βιά-  
 ζονται καὶ παρανομοῦσιν οἱ ἄνθρωποι, οὕτω φαῦλοι καὶ  
 ἀκράτης περί τας εἰρημένας ἐπιθυμίας ὄντες, ἔτι μάλ-  
 λον ἐν ταῖς ἀναγκαῖα εἰλέγονται πολὺ τῶ σαφρο-  
 ῦν ἀπολεπόμενοι τῶν θεῶν. Ταῦτα δὲ εἰσὶν αἱ περι-  
 εῶσιν καὶ πόσιν, ὧν ἡμεῖς μὲν τὸ ἡδὺ μετὰ χρείας τι-  
 νόσθα λαμβάνομεν, ὑμεῖς δὲ τὴν ἡδονὴν μᾶλλον ἢ τὸ

Plutarch.



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

κατὰ φύσιν τῆς τροφῆς διώκοιτε ὑπό πολλῶν κη-  
 κρωρ κολάεσθε νοσημάτων, ἅπερ ἐκ μιᾶς πηγῆς ἀπο-  
 τλούμενα τῆς πλησμονῆς τοῖς σώματι παυδοσάτων  
 πνευμάτων ἢ δυσκαθάρτων ὑμᾶς ἐμπίπλησι. τῶν  
 τον μὲν γὰρ ἐκάστου γένε ζωου μια τροφή σύμμιξις  
 ἐσι, τοῖς μὲν πόα, τοῖς δὲ ῥῖα τις ἢ καρπός, ὅσα δὲ σαρ-  
 κο φαγῆ, πρὸς οὐδὲν ἄλλο τρεπεται βοσῆς εἶδος, οὐ  
 ἀφρηῖται τῶν ἀσθενεστερων τῶ τροφῶν, ἀλλὰ εἰς  
 μέσθαι και λέων ἔλαφον και λύκος πρόβατον ἢ πῶν  
 κεν, ὁ δὲ ἀνθρώπος ἐπὶ πάντα ταῖς ἡδοναῖς, ὑπό λυ-  
 μαργίας ἐξαγόμενος ἢ περιώμενος πάντων ἢ ἀπορο-  
 σάμενος, ὡς οὐδέπω τὸ πρῶτον, οὐκ εἰς οὐκ ἐργασί-  
 κούος γέγονε τῶν ὄντων παμφάγος, καὶ σαρξὶ φαγῆ  
 πρῶτον ὑπὸ οὐδὲ μιᾶς ἀπορίας, οὐδὲ ἀμικαναιεῖται  
 ρεσιῶν αἰκαθῶσαρ ἀλλὰ ἐπὶ ἄλλοις ἀπό φυτῶν καὶ  
 σπερμάτων τρυγῶντι καὶ λαμβάνοντι και δρεπον-  
 νω, μή κάμνην διὰ πλῆθος, ἀλλὶ ὑπό τρυφῆς και κό-  
 τῶν ἀναγκαιῶν βρώσας ἀνεπιτηδέουε καὶ οὐ καθαρῶν  
 σφαγαῖς ζωῶν μετερχόμενος, πολὺ τῶν ἀγριατάτων  
 θηρίων ὡμότερον, αἷμα δὲ ἢ φονος και σάρκεσ ἰκτιῶν  
 λύκω δρᾶκουτι σιτίου οἰκῆου, ἀνθρώπων δὲ ὄφονεσιν ἐπι-  
 τα παυτι γένε χρώμενος οὐχ ὡς τὰ θηρία τῶν πλῆ-  
 σωμᾶπέχεται, ὀλίγοις δὲ πολεμῆ διὰ τῶν τῆς τροφῆς  
 ἀνάγκῶν, ἀλλὶ οὔτε τι πῆκνόν, οὔτε νικτόν, ὡς ἐπε-  
 πῆν, οὔτε χερσαῖον ἐκπέφυγε τὰς ἡμέρουε δὲ λεγ-  
 μένας ὑμῶν καὶ φιλοξένουε τραπέζας. Hec Gryllus  
 ha idcirco ascribere uolui, quo uoluptarij & belluones  
 stri ac iamdiu deplorata uentris mancipia pudescant aliq-  
 do, si se intellexerint esse mutis & brutis animamibus

temperantiores. Turpe est ac plenum pudoris, usq; adeo desipere hominem, ut impurissimis pecudibus porcis & asinis æquetur, turpius tamen & magis pudendum, si pecudes ipsas pecuinis moribus euicerit. Sed neq; mirum uideri debet, si pleriq; insaniant & humanis mentibus exutis in sues brutescant & asinos. Videmus enim id temporis & summos & infimos quarūlibet rerum potiore[m] quā[m] obseruandæ religionis ac dei colendi curam habere. Vbi uerò cultus dei abfuerit, qd ibi quæso reperiās aliud quā[m] errores & imposturas & cæcas ac malefanas ferinasq; uoluptates atq; stultitias, qbus mortales auocātur ab aī studio ad curam corporis & a uera pietate ad cultum diaboli. Erat autem hominis à natura sua non degenerantis in primis expendere quisnam & qualis & à quo & quā[m] ob causam sit creatus? neq; mīnus, quando & quo abiturus? & sic tandem electum ire certam aliquam inculpate uitæ formulam non à quauis, sed ab optima ratione persuasam. Nam quidquid rerum uel agentiarū uel dicendarū destinaueris, ratioi ceu Lydio lapidi admouet homo solers ac pie curiosus. Decet. n. ut ratioe præditus ratioe utatur, immo frustra rationalis est, qui ratione non utitur. Utatur ergo ratione et resipiscat Sardanapali nostri, simulq; se dum saginando corpori uacant, & cōmeatū copiosum uermibus & sibi indubitatum & indeclinabilem gehennam parare intelligant. Est aliquid agnoscere peccata. Est aliquid renuntiare aliquantulum & modum facere cōsuetis luxibus. Est aliquid retrahere annos præteritos. Est etiam aliquid cogitare mortem & futuram uitam ponere sub oculis. Nam mortis contemplatio frequens mire auertit animum à uoluptatibus, neque minus acuit ad sobrietatem.

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

uiuendum. Cæterum si ista parum persuadent, saltem poenit  
 malis & bonis præmia proposita moueant. Nam terrena  
 uoluptas, breuis utiq; & breui peritura perpetuis & non  
 quam finiendis commutatur cruciatibus. Non enim est, ut  
 unus utrobq; fruatur delicijs, nempe in terra & in cælo, sed  
 perinde decretum est ab omnium iudice Deo, ut qui terrenas  
 nas captant uoluptates cœlestium deliciarum sint exortis,  
 qui uerò in hac uita fame, dolore, pauperie, iniuria & alijs  
 calamitatibus pro Christo aduandis & exanclandis uexan  
 tur, mercedem ineffabilem accipiant, ueram illam & sem  
 piternam bonis omnibus à mundi primordio preparatam in  
 cœlis fœlicitatem. Itaq; si sunt, qui adhuc aliquid in Christi  
 spei ponant & non prorsus cippis teneantur captiui diaboli  
 licis, necesse est, ut agniùs maturè commissis & acta uita  
 prioris poenitudine ad melius uiuendi se uertant propositum  
 ne uidelicet supinis & oscitantibus aliquando uel casu for  
 tuito uel necessitate naturali parandæ salutis facultas omni  
 intercipiatur. Præsens uita gratiæ est, futura iustitiæ. Nemo  
 se post mortẽ resarturum existimet quod hic admisserit. In  
 hac uita salus uel paratur uel amittitur. *Properandum igitur*  
*suadeo nobis ad poenitentiã in tempore poenitiæ, ne hoc*  
*per incuriam elapso perpetua neglectæ poenitiæ poeniten*  
*tia uexemar. Non potest quidem homo non peccare, sed ne*  
*illi qui in peccato moritur. Peccare humanum est, inquit*  
*Chryso. Chryso. Chryso. Chryso. Chryso. Chryso. Chryso. Chryso. Chryso.*  
 certius à peccatis liberat quàm sincera & ex animo pœnit  
 poenitentia, quæ nihil est aliud q̃ mutatio uite sceleratæ in pi  
 am & hoïe Christiano dignam. Huc plurimum momenti at  
 tulerit quotidiana peccatorum confessio. Est enim hominũ  
 puri chryso. Chryso. Chryso. Chryso. Chryso. Chryso. Chryso. Chryso. Chryso.

Chryso.



mirit in lecto, solus Deo soli confiteatur uberibus cū lachry  
 mis peccata sua, eūq; precetur, ut & pristina remittat &  
 phibeat noua. Huic confessioni si quis fuerit assuefactus, fieri  
 non poterit, quin breui sit haud mediocriter in omni Chri-  
 stianæ uirtutis genere profecturus. Hæc est enim uera &  
 uerè peccata delens confessio, quam non solum peccatorum  
 remissio certa, uerum etiam totius uitæ in melius mutatio se-  
 quitur. Porro confiteri frequenter peccata & à peccatis nõ  
 desistere, illusio Dei est, non confessio. In hūc modum si in-  
 stituerent rabmi nostrates discipulos & euangelicæ pieta-  
 tis ecclesiastæ populos docerent, sceliciorem fortasse iam cer-  
 neremus aut saltem tranquilliorẽ statum reipub, Christiã  
 nã. Hodie nulla scitur in ecclesia confessio præter unam illã,  
 quæ quia susurrando fit in aurem sacerdotis, uulgò auricula-  
 ris uocatur. Celebratur autem in anno semel duntaxat &  
 ob sacerdotum incuriam nescio quo interim cum confiten-  
 tium profectu. Videas enim nonnullos non tam ut salutaris  
 fructus indè reportent aliquid quam ut ecclesiastico mori ut  
 cunq; obsequantur accedere sacerdotes, eosq; non tam con-  
 fiteri, quæ debent quàm quæ uolunt reticere. Hæc dico, non  
 quod improbemus hanc, sed quod illa, de qua diximus, negli-  
 gi non debeat, nimirum plus cõpunctionis habens & affectus  
 & quemadmodum Græci dicunt, energie. Hic autem sco-  
 pus esse debet, hic finis confessionis unicus, ut homo qui con-  
 fitetur fiat melior, alioqui uana futura sunt & nihili totius  
 confessionis atq; pœnitentiæ studia. Parum igitur profuerit  
 auricularis, meo iudicio, nisi solitaria nocturnaq; illa præ-  
 efferit. Hunc nocturnũ morẽ recensendi & excutiendi sæ-  
 ptu diurna uetusissimũ esse cõperio et sanctissimis qbusq; pa-



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

Jeremias.

David.

triarchis atq; prophetis familiarissimū, id q; facile, si uolēs  
deprehēdas per omnia ueteris instrumenti uolumina. Hinc  
est illud Hieremie. Consurge, lauda in nocte, in principio in  
gitarum, effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum  
domini. Hinc et illud prophete regij iuxta ueritatem He-  
braicam. Laboraui in genu tu meo, humiliabo in omni nocte  
lectum meum, cum lachrymis meis stratum meum humecta-  
bo. Et illud. In noctibus leuate manus uestras ad sanctum  
et benedicite dominum. Neq; aliunde fluxisse puto uersus  
illos, quos in aureis carminibus scripsit Pythagoras.

Μήδ' ὑπὸν μαλάκοισιν ἐπ' ὀμμασι προσδέξασθαι  
Πρὶν τῶν ἡμερῶν ἔργων τρεῖς ἑκάστον ἐπιθῆναι  
Πᾶ παρέβην, τί δ' ἔξεξα, τί μοι θεοῦ οὐν ἔτελεσθαι;  
Ἀρξάμενος δ' ἀπὸ πρῶτου, ἐπέβηθι καὶ μετέπειτα,  
Δειλὰ μὲν ἐκπρήξας, ἐπιπλήσσο, χρῆσά δέ, τέρω  
ταῦτα πόνει, ταῦτ' ἐκμελέτα, τοῦ τωρ χρέ' ἔρᾶν σε  
ταῦτά σε τῆς θείης ἀρετῆς εἰς ἵχνια θίσει.

Hec inquam si quis e Iudeorum fomicibus hausisse illam  
dicat, nequaquam errauerit. Nam quemadmodum accipio  
et Moseos fuit et Iudaice disciplinæ studiosissimus. Ad pe-  
randum igitur emendationis uite institutum, conciliandisq;  
diuini numinis gratiam plurimum conferet, si quemadmo-  
dum dictum est superius Paulo, singulis uesperis opera diu-  
na reuocata in memoriam excusserimus, mala si qua fecerim  
mus abluturi cum lachrymis, bona non nobis, qui nihil possumus  
boni, sed per nos operanti deo, a quo bona fluunt omnia  
transcripturi.

ARCESILAI IN APPELLEM AMICVM OPOR-  
tuna liberalitas, cum commendatione amicitie Cap. X.



Arcefilaus medie Academicę princeps  
quū animaduertisset Apellem Chium  
ueterem amicum aduersa ualetudine,  
pariter & rerum inopia laborare, do-  
mum eius uenit ac decumbenti assidēs

inter cętera, quę familiariter cū ipso  
colloquebatur; At ne cubas tu quidem, inquit, satis cōmodę,  
simulq; cum dicto, cervicali concusso atq; cōplicito sacculū  
pecunię plenum supposuit. Quo deinde ab inseruiente anis-  
cula reperto atq; ostenso, subridens Apelles, Arcefilai, inq̄t,  
hic ludus est. Nō sunt oēs amici q̄ amici nomine se uendi-  
tant. Non sunt omnes amici, qui uultum amici pręferunt  
& ueneratione ficta captant opulentissimi cuiusq; gratiam.  
Non deniq; sunt amici, qui uentris & compendij sui causa  
uel simulatā ad tempus uel ipsa necessitate expressam osten-  
tant beneuolentiam. Insignes parasi atq; egregij palpones  
plerunq; teguntur amicitie titulo. Neq; aduatores ab ami-  
cis facile est internoscere, tantum utrorumq; nonnunquā ob-  
uenit similitudinis. Quo tamen inter se distem nō opinione  
ancipiti, sed ipsa re & incōmodo sepe nostro edocemur. Et  
aduatores quidem in modum muscarum unā cum nidore  
popinario aduolantium & auolantium hactenus nos obser-  
uant, quatenus nostra durauerit felicitas, quam si casu ali-  
quo senescere contingat atq; periclitari, auolant & euane-  
nescunt & ipsi. Amici autem semper sunt amici, nihilo ne-  
gligentius laborantibus pręsentes quā florentibus. Fi-  
da enim esse debet atq; constans & omnis languoris &  
senij expers amicitia. Hoc nomine & συμβολικῶς de-  
pingitur uirgo adolescens & intemerata super quadrato

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM.

stans lapide, uultu leto & subridente, crinibus flauis, copia  
 sis, pexis ac puellari more textis, reductisq; in uertice atq;  
 inibi uelut in nodum quempiam collectis atq; concinnatis,  
 auribus lapillis & auro conspicuis, claris, blandis & celsis  
 oculis, ore roseo & quantum decoris ratio patitur, satis libe  
 ro & magno, torquato iugulo, pendente inde gemmato mo  
 nili pectore tenus & honestante extuberantia & semispere  
 ca ubera, leua lintheo tenui tegens barbescentē lanugine pu  
 bem, summis dexterae digitis anulum aureum gemmatum  
 q; quasi ostentabunda continens, corpore cetera deuotio  
 & nudo. Non audiendos arbitror, qui dicunt, ita ames tam  
 quam rursus osurus. Imò inuersa sententia standum est  
 dicendum, ita oderis tanquā rursus amaturus, ita uero ames

Aristotel. tanq̄ nunquā osurus. Nam quemadmodum Aristotelicus  
 le mult senarius.

ὄυδ' εἰς ἔρως ἦς, ὄστ' ὄυκ ἀεὶ φίλῃ.

Rabularum circumforaneorum & leuium nebulonum est  
 eundem nunc amare nunc odisse & ad occasionem quanti  
 bet amicū amico mutare. Viri boni & honesti perpetu  
 amant, quos in album amicorum semel adscripserint. Pars  
 igitur non quorumlibet esse optabiles amicitias, sed boni  
 duntaxat & honestate p̄ditorum, id quod admonere uis  
 detur uulgaris illa & communi omnium ore celebrata sen  
 tentia.

Qui priuata facit compendia pluris amico,

Haud temerē cuiq̄ fidus amicus erit.

Mercatores enim & publicani & insitiores & omnes, qui  
 sordidi questus gratia cauponationibus indecoris & merce  
 narijs operis uitam agitant, parum sunt ad amicitiam con

lendam appositi, utpote non perinde amantes amicorum ut  
 priuatorum commodorum studiosi. Non ergo ut quisq; sue-  
 rit obuius protinus amplectendus est ac pro amico habendus,  
 sed cum iudicio & examine fieri debet amici delectus.

Quantū ego non tam humani iudicij quā diuini muneris  
 esse puto, si cui fidus obtigerit amicus. Incomparabilis enim  
 thesaurus et nullis nō opib. antiquior amicus est. Neq; felici-  
 tatis pars parua putanda, si habeas, quo cum arcana tua cō-  
 munes & ad quem perinde quasi Theseum aliquem, quo  
 quo uersus fortuna se flexerit, de statu rerum referas. Plurū  
 quā unius plus pollet industria. Duplicata uirtus est sim-  
 plice præstantior, & quēadmodū Sarpedon ait Homericus.

πλεονεξεί τῶν ἐγγυρῶν ἀμεινον.

HOMERICVS

Eo sit, ut haud facile periculis pateant, quicunq; decretis  
 amicitie foederati mutuis inter se consilijs fultuntur & ui-  
 ribus. Etenim quem nusquam non præsto est & nullis non  
 machinis amici salutem propugnat amicus, tum præcipue in  
 periculis clarescit & specimen sui dat, iuxta id quod uulgō  
 dici solet.

Rebus in aduersis qui sit spectatur amicus.

Profectō diuitum iure habetur omnium ditissimus, quisquis  
 diuina benignitate tam præclari fuerit & rari muneris di-  
 ues. Nihil amici aspectu in aduersis iucundius, nihil in se-  
 cundis delectabilius ac uolupte magis. Quapropter enten-  
 dum censeo nobis uel hoc Arcesilai tam tempestiuo & me-  
 morabili in amicū officio monitis, ut paremus quos iunctis  
 animis & uiribus æquē nostrorum habeamus propulsato-  
 res periculorum atq; gaudiorum socios. Ad huius uerō rei  
 studium præter cæterā quoq; nobis addere debet animos ut



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

finus propensiores, quòd nulla gentiũ omnium religio magis  
 comperitur idonea colendæ amicitie quàm Christiana,  
 nimirum quæ suos cultores ad fraternam & mutuam amicitiam  
 uel ipsi legibus adigit. Quo fit, ut quod alias gentes  
 ratio docet & philosophorum eruditio, nos ipsa cogit necesse  
 sit. Cuius enim putemus momenti Christianum citra dilectionem  
 proximi? Et quid est aliud religio nostra quàm amicitia  
 fraterna Christi sanguine ceu Adamantino & indissolubili  
 uinculo colligata? Omnes enim sumus fratres in Christo,  
 omnes amici, omnes paris conditionis, utpote quos Christo  
 lecto suo redemptos iisdem sacramentis iungit, iisdem præceptis  
 onerat, iisdem promissis remunerat omnes, ita tamen ut  
 plus præmiorum sit relaturus qui plus præ se tulerit dilectionis.  
 Atunt gentium doctores & maxime Pythagorici amicos  
 eos ob summam animorum concordiam, unam habere animam  
 in diuersis corporibus. Id si accurato rem expendis  
 iudicio, longè rectius dixeris de Christi ecclesia. Etenim non  
 modo unam habemus animam, si & nobis ita fas est loqui,  
 sed quòd multo mirabilius putes, re uera unum quoque  
 corpus, quicumque sumus Christi corporis participes.  
 Quod mysterium usque adeò nobis proprium est & obseruandum  
 tu necessarium, ut in alio nullo cardine magis nostra salua  
 tota uertatur, quàm ut in unitate corporis Christiani &  
 sumus & permaneamus. In hoc enim constitutus corpore nemo  
 perit, extra hoc nemo non perit. Nihil autem est, quòd efficiat  
 catus ab eo separet quàm odium proximi. Si igitur gentes  
 amicitie rationem habent uel solo ipsius nature ductu uel  
 decretis philosophorum persuasæ, quanto magis nos Christiani  
 diligere ex animo alijs aliam debemus, qui ceu germi-

mana Christi membra citra insignem salutis iacturam odif-  
 se neminem possumus. Neq; est, quod aliquis uel egestatis  
 uel morborum uel aliarum calamitatum pericula magnope-  
 re pertimescat, quum & nobilitent hæc ipsa & ecclesie the-  
 sauri omnes potissimum pauperum & quouis alio modo af-  
 flictorum subleuationi debeantur. Accedit ad rem, quod in-  
 gerimane Christianis rebus pub. priuatim quoq; nemo suum  
 esse putat, quidquid quotidiano & sobrio uictui superfluit,  
 sed egenis id & afflictis fratribus ceu præsentî Christo di-  
 spertiant omnes. Hoc est enim re uera Christianũ esse, nem-  
 pe diligere omnes ex æquo & nihil prætermittere, quod in-  
 commodum proximi facere possis. Porro ad hoc agendum  
 facili pertrahuntur negotio, quicumq; credunt se, quod fá-  
 cturi proximo sunt, ipsi facturos Christo siue bonum id fue-  
 rit seu malum. Certum est autem & extra controuersiam,  
 nos quidquid bonorum in hac uita in pauperum calamito-  
 sorũq; subleuationem contulerimus, id in futura non solũ in-  
 tegrum à Christo ceu depositum, uerum etiam ceu in illum  
 ipsum collatum beneficiũ inestimabilibus corollarijs a doti-  
 bus auctũ recepturos. Nemo igitur uel pericula causetur fu-  
 tura uel fortunæ uices incertas prætexat, quo minus & ami-  
 citiæ studeat & benefaciat amicis quandoquidẽ nemo præ-  
 senioribus auxilijs fulcitur quàm qui amicitiam q̄ studiosis-  
 simè coluerit. Nam qui amico ut fratri benefacit, non modo  
 beneficiarium sibi conciliat & obligat ad referendã gratiã  
 parem, sed fraterno beneficio uelut authoramento quodam  
 ipsum quoq; Christũ obstringit & ex largitore debitorem  
 facit. Ceterũ qui debitorem Christũ habet, fieri non potest,  
 quin & in hoc & in futuro seculo sit felicissimus.

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM  
FICTIO HERCVLIS DE VITAE STA

tu in solitudine deliberantis. Et de tribus legibus  
homini Christiano necessarijs. Cap. XI.



**H**ercules pubescentis adhuc ætatis dele  
cturus quonã potissimũ uiuendi utere  
tur genere, quũ uideret aliũ alio dele  
ctari, exiuit in solitudinem atq; inibi  
sub arbore sedens paterna quadã cogi  
tabundus & multa multum diuq; in  
uiuens animo, repente mulieres diuisi  
uerso ad se itinere properare uidit, Aretam & Hedonam.  
Surgens igitur obuiam processit à leua uenienti Hedone.  
Videbatur enim comptior & etate & habitu speciosior  
altera, Hoc factò letata illa maturare gradum cœpit & ac  
currere uultu hilario & manibus expansis iam iam in collum  
adolescens ruitura. Quod is præuidens & simul pudore  
motus ob alterius, quæ & ipsa haud procul aberat, præfere  
tiam, siste inquit pedem, neq; propius accesseris. Cui illa  
num, inquit, indigna tuo tibi complexu uideor? Ad quam  
rursus, Desine inquit & ab istis quiesce intemperijs. Si uis  
ut uotis tuis obsequar, dic prius nomen & causam aduentus  
expone. Ad hæc, Hedona sum ego, inquit illa, summi Iouis  
filia. quæ una solo nutu totius huius habenas mundi moder  
ror. Mibi seruiunt reges, principes ancillantur. Me populi  
exoptant, expetunt nationes, orbis deniq; totus adorat. Ve  
nio autem consultura saluti tuæ. Itaq; si meorum aulicorum  
numero te iunxeris, mecum uiues & cum similibus mei, per  
omnem etatem summis delicijs & exquisitis uoluptatibus  
perfructurus. Nihil senties molesti. Nihil rei iucundi deside

rabis, Lyra, cantus, coronæ, conuiuia, mulierum chori, lectu-  
 li molles, delicatæ uestes, uinum deniq; ficus, mel, saccaron et  
 reliqua id genus uitæ fælicis bona & ornamenta omnia ad  
 uotum aderunt. Hæc illa loquente appropians Arcta, quæ  
 intra teli iactum uenisset, uultu toruo & magna uoce, quid  
 inquit, facis adolescens? Caue ne tibi det uerba impudens  
 ista & fraudulenta canis, quam ego protinus, ut assequar,  
 mediam his manibus discerpam. His dictis expalluit & im-  
 pendio contremuit Hedona. Vertens igitur terga, abibo, in-  
 quit, priusquàm aliquid mali patiar. Fortior me est & capi-  
 talis inimica, nusquam nõ insidias mihi machinans atq; per-  
 niciem. Hac re commotus Hercules & irruenti Arctæ sese  
 medium opponens, absit, inquit, maledicentia, absit iurgium  
 & uis omnis abesto. Non feram, non sinam, ut manus infe-  
 ras ei, quæ tot ac tanta mihi plaustra pollicetur bonorum,  
 pro quibus ingratus planè sim, nisi & mea huic oia & me-  
 met ipsum quãtus quãtus sum dedam. Ob id quoq; certũ iã  
 est, me & aucturũ eius famuliciũ & quidquid mihi pater ui-  
 te uelit esse reliquum, hoc totum ad tam præpotentis & li-  
 beralis dominæ nutum renutumq; transacturum. Tum illa,  
 nõ prius, inquit, quàm patris mandatum audieris. Is enim  
 in summo cœli residens uertice & anxium animi be in hac  
 solitudine uidens, magnisq; curarum fluctibus æstuantẽ hi-  
 sec me uerbis compellauit. Agè mea Arcta properè cœlo de-  
 labere & hæc uerba mea ad Herculem filium Hedonæ le-  
 nocinijs circumuentum defer, nimirum utrum uelit breuem  
 hanc & mortalem uitam cum Hedona uiuere in deliis et  
 uoluptatibus inglorius, obscurus, infamis & post mortẽ per-  
 petuò torqueri apud inferos an tecũ in laboribus & ærum-



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

nis degere & fieri mortalium omnium clarissimus panis  
 & post fata in deorum numerum receptus meo consorcio  
 sempiternis potiri gaudijs? His auditis Hercules primam  
 mutuit, deinde inhorrescentibus membris, oculis tenebre  
 scentibus, dissolutis genibus, uelut in animi deliquio solet  
 ri, corrui in terram & sic aliquamdiu in morem exanim  
 stratus iacuit. Vbi uero uocatus tandem ab Arcta sese non  
 hil collegit & protentis manibus nixus resedit, fluentibus  
 ora lachrymis & magnis eductis ex imo pectore suspiriis  
 & genitibus, O Iupiter pater, inquit, quale mihi misisti nu  
 cum? Hoc est, quod mater Alcmena percontanti mihi quo  
 pacto fore censeret, ut uel faciem tuam uiderem aliquando  
 uel frui tuo conuictu contingeret, respondit. Ait enim esse  
 in satis, paternum conspectum non esse mihi quidem impo  
 sibilem, sed nunquam eius me fore compotem nisi per sum  
 mos labores & innumeras ærumnas & afflictiones eo tem  
 derem, & id quidem duce Arcta. Agnosco matris uacua  
 nium. Agnosco uoluntatem paternam. Heu mihi, quos ter  
 re tractus peragrandos? quas edomandas bestias? que non  
 stra atq; portentosa mihi expugnanda uideo? Sed profectio es  
 lamitibus & luctis omnibus, ærumnis & sudoribus om  
 nibus præferendus amor paternus. Nihil prætermittendum  
 laboris, nihil difficultatis atq; discriminis non ad eundem me  
 do tuum complexum emerear. His dictis conuersus in Ete  
 donam, uale igitur, inquit, quamlibet iucunda mihi sum mor  
 bet amata Hedona. Non enim est fas, ut plus tibi sum mor  
 gerus quam patri, uocanti me ad regnum suum coeleste &  
 nunquam terminabile gaudium. Ad hunc mihi properandi  
 censeo per aquas, per ignes & nulla non mortis generi  
 Optatum

Optatius enim est mihi uel milies mortem oppetere quam  
 uel degenerem haberi me uel indignum stirpe paterna. Hæc  
 quum dixisset, Hedone prius dolore in fumum uersa dispar-  
 uit. Quod factum quum Herculem attonitum obstupescis-  
 set, Ne trepides, inquit Arcta, neq; mireris. Habes euidens  
 Hedone & Hedoneorum promissorum specimen. Nam quæ  
 admodum illa paulo prius pulchra tibi uisa & amabilis, di-  
 uesq; ac præpotens repente in fumum foetidum & sordidum  
 & inanem abiit, ita humana uoluptas omnis in speciem qui-  
 dem assumpta diuinitatis imagine mirabilis apparet & ho-  
 nestæ & beatæ & ob id magni pendenda, ueram si persona  
 detractâ suis ipsam spectes bonis, nihil aliud uidebis quam  
 fumum, qui magnis & crebris & mirabilibus uoluminibus  
 in cælum surgens mox uentulo quamlibet leui dispulsus eua-  
 nescit. Hunc Herculem imitetur oportet, quisquis est ueri  
 cupiens Christianismi. Consulw enim opus est & quibus hæc  
 uita modis auspiciatò & cum numinis diuini fauore transi-  
 gatur semel decernendum homini Christiano. Fecerit igitur  
 operæ precium, si attentissima sibi cura quam potest optimas  
 ferat leges, quibus per omnem ætatem constanter perseue-  
 rat; & immoretur & immoriatur. Porro leges, tametsi  
 multos multas tulisse hæc de re non sumus nescij, nos tamen  
 duas dumtaxat aut ad summum tres proposito nostro abunde  
 suffecturas putamus, quandoquidem non multitudine, sed bo-  
 nitate legum salus humana paratur. Verum ut rem ordine p-  
 sequamur, primo loco de prima tractabimus, secundo de se-  
 cunda, tertio de tertia, idq; breuiter & quemadmodum no-  
 stra fert opinio, Christiane. Prima igitur lex hisce constabi-  
 uerbis. Mundus cū suis bonis & malis ualeto. Hæc lex iuxta

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

baptismi rationem renunciare mundo familiaritate et omni  
 conuictum eius & amorem ceu contagiosum peremptorium  
 uenenum auersari cogimur. Non enim est, ut unus Deo rit  
 seruiat & studeat mundo. Mancipio terreni, celestis  
 regni candidatum esse non licet. Tetrum est, factum est,  
 pollutum est & pessime olidum in conspectu Dei, quidquid  
 mundi spurcitiā respuerit, Huius rei causa diuino don  
 datum nobis est sacramentum baptismi, quo ab omnibus la  
 bibus mundanis & sordibus ablueremur, et sic tandem crea  
 culatis animis digni redderemur Christi & membrorum  
 eius consortio. Hinc est mos ille peruetus & à ueteribus qua  
 si per manus nobis traditus in ecclesia, quo uidemus recent  
 regeneratos amirari uestibus puris & albore niueo conspu  
 cuis, cum his uerbis. Accipe uestem candidam & immacu  
 latam, camq; perfer ante tribunal Christi, ut habeas uitam  
 æternam. Qua re significatur baptizato abluta quidem est  
 erimina, sed non licere, ut in morem suis lotæ & max in ca  
 ni uolutabrum redituræ, mentem uirtutem diuina repurga  
 tam maculis mundi rursus contamineat. Alioqui quid carbo  
 narijs cum balneo? Quid proderit lauisse, si statim rescedit  
 mur? Quid rettulerit ore cõfiteri Christum, si protinus op  
 ribus recantemus palinodiam? Certè in baptismo nihil aliud  
 agimus, quàm quod post abnegatum Satanam et mendaciam  
 cuius ille princeps dicitur, confisamq; Christi fidẽ remissionem  
 peccatorum consequimur & spem uitæ eterne. Seculo  
 renunciauimus, quum baptizati sumus, inquit beatus mar  
 tyr Cyprianus. Et Hilarius confessor & episcopus. Seculo  
 renunciaasti? quid tibi cum seculi rebus? Et iterum, Ren  
 nunciandum est seculo omnibusq; rebus eius, ut nobis Deo

Cyprian.

Hilarius.



portio sit. Et Origenes, Excundū igitur, inquit, nobis est de  
 Aegypto. Relinquendus est mundus, si uolumus domino ser-  
 uire. Itaq; si & icti cum Christo in baptismo fœderis pariter  
 & salutis nostræ haud immemores esse uolumus, necesse est,  
 ut semel mundo cum suis concupiscentijs contempto cor pu-  
 rum ac defectum tanquam dignum sancti spiritus domici-  
 lium cōseruamus. Nam tum ad Deum proximè accedimus,  
 quum longissimè recedimus à mundo. Nihil aduersus Chri-  
 sto quàm mundus, qui ne presentiam salutarem eius diutius  
 ferret in crucem cogit ipsum. Nihil hostilius diuine sapien-  
 tiæ quàm sapientia mundana, quæ quidquid est rerum diui-  
 narum nunquam non oppugnat atq; persequitur. Neq; est,  
 quæ hominem Christianum remoretur magis tendentem ad  
 celestia, quàm huius mundi bona, uoluptas uidelicet, honor,  
 nobilitas, potentia, opes. De quibus quàm perniciosa sine  
 & seruis Christi fugienda non alienum à suscepto fuerit, opi-  
 nor, negotio singulatim disserere. Est ergo uoluptas uersa  
 & multiformis bestia, blanda simul & seua, amabilis  
 & atrox, alliciens & capiens, delectans & perimens, om-  
 nium uictorum genitrix, expultrix omnium uirtutum. Nulla re  
 magis offenditur deus, nulla magis gaudet Satanas, nimirum  
 qui hac uelut esca potissimum insidias nectit mortalibus, &  
 quos arte nulla capit hac capit, haud ignarus facile inescari  
 nos re, ad quam sua sponte uel ipsa natura duce  
 nemo non properat. Quis enim tam adamantini sit  
 animi, qui oblatas carnales corporeasq; uoluptates ni-  
 si celesti adiutus gratia ultrò respuerit? Vnde fieri uide-  
 mus, q; quotidie tot milia liguriētium, deliciātium, lupantium  
 cœnabuli naribus trahātur i puteū ieritus. Nō in luxib; ne-

Voluptas

Rom. 13



## CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

potimis & ebrietatibus, inquit Apostolus, non in cubilibus  
 & lasciujs, nō in contentione & emulatiōe, sed induamini  
 dominum Iesum Christum, & carnis prouidentiam ne cogi-  
 tis ad concupiscentias. At hodie temulentis conuiujs nihil  
 nestius, Siculis mensis & Saliaribus cœnis nihil plausibile  
 impudicis uirosarum fœminarum conuictibus nihil incu-  
 tius? Et uereor sanè, ne qui alios ab intemperijs eiusmodi  
 frenare & reuocare debebant, ipsi ante alios his ipsis in-  
 niant, ut intelligas quonam disciplina ecclesie abierit. Non  
 satis erat, ut ipsi facinorosis conspurcaremur artibus, sed  
 nostro exemplo ad idem flagitij allectentur & alij. Ego ap-  
 riendos oculos puto germanæ pietati studiosis & uideant  
 quemnam id temporis uel fugiam uel sequantur. Difficile  
 pertu est iter ad superos habentibus duces cunctes ad infi-  
 ros. Quando temperantiam discat discipulus, qui magistrum  
 quotidiana madere temulentia uiderit? Huic malo ueteres  
 uelut lasciuienti et intra claustra coercendæ bestie statis die-  
 bus ieiunium opposuerunt, esu carnis inhibito. Verum ne-  
 scio quo cum profectu. Suo tempore fortasse consulere possunt  
 runt hac constitutione, nostro certè parum attulerunt con-  
 modi. Nam pauperes quidem, qui manibus uictum parum  
 affliguntur non habentes quo uescantur, opulenti uerò ocu-  
 sione mutandi cibi recreantur et uoluptates intendant  
 la non expiscantes flumina & maria ad explendâ uentris  
 uoraginem, tantum abest, ut uel sobrietati studeant uel uita  
 temperatori. Quid proderit non comedere carnes, si longè  
 gè maiore luxu, multitudine piscium uentrem referrias?  
 Quid proderit omittere cœnam si diluculo coeptum prate-  
 dium promoucas ad uesperam? Hæc dico non quod malum

putem abstinere à carnibus interim cibisq; alijs delicatioribus, sed ut ostendam seculum hoc nostrum omnem & no-  
 sterorum & ueterum episcoporum curam prouidentiamq;  
 uincere. Ceterũ ut ad exitiosi uentris, Venerisq; indulgenti-  
 am refecandam & sectandam uictus tenuitatem continen-  
 tiamq; sinus propensiores, hortari nos debent uerba Por-  
 phyrj Platonicj philosophi in libro de oraculis hunc in mo- Porphyrj.  
 dũ scribentis. Dæmonibus prauis, inqt, referta sunt corpora  
 hominum, illorum præcipue, qui eduljjs delicatis uescuntur.  
 Vescentibus enim nobis aduolant inherensq; corpori. Hæc  
 ob rem ieiunium & pudicitia impendit probantur, non qd'  
 istis Deus bonus placetur, sed quod facessant illi, qui ut san-  
 guine & immunditia quibus gaudent fruuntur, corporibus  
 utentium sese insinuant. Compertum enim est, quod uehe-  
 mens fluxarum rerum libido & appetitiui spiritus impoten-  
 tia non aliunde quàm ex istorum præsentia maxime accre-  
 scit. Proinde si quando plus nimio inflammatur cupiditas &  
 uoluptatis ardor adeousq; exagitat animum, ut cogitatus om-  
 nis ad externa uagetur, tunc dæmones tales præsto adesse  
 cognosce. Horum enim præsentia spiritus appetitiuus in cor-  
 pore nostro multiplicatur, Hæc ille. Dæmonas autem ingre-  
 di corpora humana non uideri cuiq; debet incredibile. Nam  
 si pic credimus inhabitare Deum corda mundorum homi-  
 num, quid prohibet, quin eregione credamus incolere impi-  
 rorum pectora diabolum? Immo si quem uerba Christi atq;  
 prophetarũ accuratius examinare atq; expendere iuuat, cõ-  
 periet nõ modo uoluptariorũ et asotorũ, sed omnium quoq;  
 sceleratorum haud secus inuolare & euolare corpora spũs  
 immidos q̄ apes aluearia. Sũt igitur pleni diabolorũ, q̄cũq; Math. 12 d

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

flagitiorum pleni sunt. Porro plurimum afferre momenta  
 ad effugandos demones ieiunium ueritas arguit euangeli-  
 ca. Etenim percontantibus Christum discipulis quidnam cau-  
 sa fuerit quod eijcere demonium non potuissent, Hoc, in-  
 Math. 12. quit ille, genus non egreditur nisi oratione & ieiunio. Quod  
 propter catos esse nos docet atq; cautos, ne cupidiarum &  
 belluationum illecebris in perniciem nostram alliciamur,  
 quos ieiunio & sobrietate & omnium uirtutum genere ab-  
 Honor. actos oportuit. Mulo uoluptatis additur honoris ambitio,  
 que quantum inuehat incommodi Christiane rei, nemo fac-  
 le uerbis explicet, dum quidquid alijs reuerentiae impendit  
 tur, hoc sibi quisq; detractum existimat. Vnde uideas uulgis  
 mos quosq; nebulones & uerberones, qui neq; literas, quod  
 aiunt, neq; natate sciunt, captare primos accubitus, fauorem  
 aucupari popularem, uenditare titulos, fasces atq; dignita-  
 tes emere pecunia, passionibus ecclesiasticis occupare, irruere  
 re cathedras episcopales, nihil deniq; praetermittere uel im-  
 pendij, uel dispèdij modo cōpotes uotorū fiant. Mihi nihil ab-  
 surdus uidetur, nihil pestilētius ecclesiastico profectui, q̄ q̄  
 in eptissimo cuiq; uerbi diuini datur annunciandi copia &  
 eis, qui ὄνοι λέγεις praesse uolunt prodesse nesciunt, animarum  
 marum seruandarum demandatur negotium. At hodie ma-  
 to pars maxima, ut est uidere, in pastorum ordinem solo an-  
 bitu prouehuntur, inepti planē & mundanis canponatio-  
 nibus magis appositi q̄ negocijs ecclesiasticis. Talibus quam-  
 tutò cōmittantur oues Christi, expendant, quicūq; non pro-  
 sus plumbei sunt ingenij. Neq; dubito esse, qui rē intelligāt.  
 Verū decipi uult mundus uauitati magis fauens q̄ ueritati.  
 Deligit igitur sapientia sibi sua dignos magistros, nempe qui



doceat humanū esse peccare hominē, misericordiā & mitem  
 Deū, remissionē cōmissorū omnibus obuiam & expositā, ne  
 minē nō seruatū iri modo uelit, adhuc premia, coronas, gau  
 dia, regna, felicitatē sempiternam. Ceterū de uirtute, de ius  
 titia, de poena & gehennae cruciatibus nihil. In his tota cō  
 tionatoris uirtus hodie consistit. Optimus doctor habetur, q̄  
 est eleganter uestitus, iuuenis, formosus, urbanus, diues, bene  
 uocalis & semper dulcia docēs & plausibilia mundo. Quis  
 q̄ talis fuerit Petrus apud nos est, Paulus est ac tantum nō  
 Christo aequatur. Quum igitur uanus honor & a uanis ho  
 minibus appetatur & rursus exhibeatur hominibus uas  
 nis, quid miri, si & omnia uanitatis plena sunt & uerus  
 Christianismus paulatim omnis euaniscat? Honori uano ac  
 eedit non minoris uanitatis quidem sed maioris utiq; perni  
 ciei nobilitas mundana, ad cuius contemptum hortari nō os  
 debet uel ipsa naturae communis omnium fragilitas. Idem lu  
 tū sumus, idē cinis oēs, eisdē etiā obnoxij casibus, eisdē mor  
 tibus eisdē mortibus reges & rustici, domini et serui. Quō igitur  
 distare putemus nobiles a plebeis, nisi sola uana & nugan  
 ti & stulta opinione? Si speciem spectes, a non paucis e me  
 dia plebe uincuntur. Si robur, complures ex agricolis uide  
 as robustiores. Si diuitias, opulentiores multis publicani  
 sunt & mercatores & Iudaei. Si deniq; parentum demira  
 ris uirtutem, scimus plurimorum bonorum & sapientium  
 uirorum ineptos & stultos liberos, ut haud illepidē dixerit  
 Demosthenes τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ὡς περ ἐκ μαρμῆν  
 ἄν, φαύλους ἀποσάλευ τοὺς υἱούς. Mihi sanē rem ip  
 sam expendenti nihil aliud uidetur nobilitas mandā

Nobilitas

Demosth.



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

quàm generosa stultitia. Neq; est quod magis mirer, quàm  
 esse adhuc post tam diu prædicatum euangelium, qui mori-  
 bus pharisaicis & ethnicis generis iactet splendorem et hoc  
 ipso se meliores cæteris putent quod clarioribus sint origi-  
 rentibus. Quæ utiq; re insignem pietatis euangelicæ præse-  
 ferunt iusticiam. Mundi mos est, ut quemadmodum equo-  
 rum aut asinorum ita & hominũ generositatẽ pareũ estinet  
 præstantia. Et id fortassis huius inepetẽ modo intelligat gene-  
 rositatem eiusmodi hominibus cũ equis & asinis communi-  
 Corporum enim similitudo à parentibus trahitur, nõ animo-  
 rum. Nihil autem retulerit corpore pulchrum esse & animo  
 deformem. Nihil retulerit parentes fuisse uirtute claros &  
 filios omnium uitiorum colluue caligantẽ circumferre animo.  
 Ceterũ mores pudici mdo relinquẽdis ut. Alio setit ecclesi-  
 Proprijs gloriadũ ẽ uirtutibus christianis nõ alienis, si tunc  
 uirtutis, quoq; gloriadũ Christianis. Audiamus diuũ Hiero-  
 nymũ. Summa est, inq; apud Deũ nobilitas clarũ esse uirtu-  
 bus. Quid apud Deum in uiris nobilius petro, qui piscator  
 & pauper fuit? Quid in fœminis beata Maria illustris si-  
 it, quæ spõsa fabri describitur? Et rursus. Frustra sibi aliquis  
 inquit, de nobilitate generis applaudit, quum uniuersi pa-  
 ris honoris & eiusdem apud deum precij sint, qui uno Chri-  
 sti sanguine sunt redempti. Nec interest, quæ quis conditio  
 natus sit, quum omnes in Christo equaliter renascantur. Di-  
 scant igitur, qui tantopere stemmatis efferuntur, quid  
 sit reuera esse nobilem, & stulta nobilitate mundi con-  
 tempta ueræ generositati studeant. Alios enim habet mun-  
 dus, alios ecclesia nobiles, neque paruo distare dixeris  
 eos ab illis. Illi terrena gloriantur natiuitate, hi celestis

Hierony.

illi corporis placent sibi bonis, hi animi, illi ad opes quomodo-  
 docunq; parandas grassantur, hi ad uirtutes, illi mundo pla-  
 cere nituntur, hi soli deo, illi nominis claritudinem captant  
 in terris apud homines, hi in caelis apud sanctos angelos dei  
 immortale gloriae sempiternae decus ut assequantur, nihil si-  
 bi faciunt reliqui. Ex quo patet, quam sint inter se diuersi,  
 quam discordium atq; discrepantium animorum nobiles ec-  
 clesiae & mundi. O ignobilis nobilitas, quam nihil tibi con-  
 uenit cum ecclesia Christi? Vis esse Christiana & gentiliter  
 uiuis. Christum confiteris ore & opera facis diaboli. Virtu-  
 tem iactas & nullis non mades flagitijs. Tibi mater super-  
 bia, fraus familiaris, amica iniuria, uis ancilla, socia caedes,  
 maledictum, rapina, crudelitas, intemperantia, temulentia,  
 libido, omnis deniq; impietas, omne uitium & facinus ad-  
 est ac domesticum praebet famulicium, & nihilo secius nobi-  
 litatem tuam & si Christo placet, Christianismum uenditare  
 audes. Verum succinueris fortasse quod à plerisq; audio,  
 aliud nobilitati licere aliud uulgo. Quid ais? Num Christus  
 alia praecepta dedit nobilibus alia plebeis? Ego Christi eccle-  
 siam unam puto & nos omnes unius Christiani corporis es-  
 se membra & idcirco praecepta Christi omnia ex aequo per-  
 tinere ad omnes, nisi quod maiori sanctimonia praestare de-  
 bent, qui pluribus praesunt. Huc pertinet quod religio Chri-  
 stiana personas non accipit, neq; conditiones & fortunas ho-  
 minum, sed mores singulorum considerat, nimirum seruum  
 nihil, nobilem uirtutibus aestimans. Itaq; quisquis esse uult  
 uerus Christianus & reuera promissorum Christi particeps  
 uanam istam & stultam carnalis nobilitatis opinionem cum  
 suis ineptijs abiciat oportet. Vis nosse quid sit aut quanti

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

momenti sit nobilitas mundi? Ingredere cœmeterium & polyandrijs & ofilegijs cœu speculo diligenter inspectis, intelliges tandem quam re distes à uulgo. Hactenus de nobilitate, quam qui haud multi fecerint forsitan reperius, potentiam uero, de qua nunc sumus dicturi, aspernari & caeteris subus regnis regna commutare terrestria,

**Potentia.**

**Virgilius.**

Hoc opus, hic labor est pauci, quos æquus amauit.  
Iupiter aut ardens euexit ad ethera uirtus.  
Dijs geniti potuere.

Quis enim non præesse mauult quàm subesse? Quis non regere potius quàm regi? Ita se nostri seculi mores habent, ut plerique nullam fame, nullum pecunie, nullum denique corporis periculum adire detractent, modo paratis fascibus contingat nonnihil dominij, quo supra plebem emineant. Vnde uidemus neminem sua iam sorte contentum, sed ferri omnes libidine dominandi uelut æstro percitos in sublime. Auidius uulgo esse principes, quorum fiscis non minus numerum uel crescat ex ambitu quàm ex uectigalibus, eosque data opera quosdam euehere in altum, ut habeant quos quoque modo locupletatos quàm libet leui occasione iterum ad ima precipitent ac diripiant. Quàm sint appetende & quidnam certe felicitatis præferant satraparum præfecturæ & omnis inuidiosus aulicorum strepitus, antiquissimus historiæ Romanæ scriptor Polybius ostendit his uerbis.

**Polybius.**

Ἐραχθῆς γὰρ δὴ πάντων καιροὶ πάντας μὲν ἀνθρώπων ὡς ἐπὶ πᾶσι ὑφ' οὐσί, καὶ πάλιν ταπεινοῦσι, καὶ λίσσασθαι τοὺς ἐν τοῖς βασιλείοις ὄντας ἄριστοι δὲ τοῖς παροπλοῦσι τοῖς αἰετῶν ἐπὶ τῶν ἀβακίωμ φήσιν. ἐκείνοι τε γὰρ καὶ τὰ πλὴν τοῦ φηφίζοντος Κούλυσιν, ἄστι χαλκῶν καὶ



παρὰ τὰ τὰ λαύρα ἰσχυροῦσι, ὅτε περὶ τὰς ἀνλάς  
 κατὰ τὸ τοῦ βασιλέως νεύμα μακάριοι καὶ παρὰ τὰ  
 δὲ εὐλεινοὶ γίνονται Proinde quam principes mūdi præ  
 ter lucram nihil spectent, amentq; neminē, nisi qui uel uecti  
 galibus iniustis uel pœnalibus multis optimo cuiq; causa qua  
 libet irrogatis rem ipsorum haud uulgariter auxerit, et hoc  
 ipsum citra offensam dei & hominū fieri nequeat, non uideo  
 quur non satius putemus priuatū & paruo contentum quic  
 que Christianē uiuere, q̄ potentē in magistratu deo & ho  
 minib. esse inuisum, maximē quū res tā lubrica sit et instabi  
 lis fauor principū, ut uel ipsius uernalis cœli faciē incōstātia  
 superet. Furor est tāto cū corporis et aīa periculo ancillari  
 principib. quū tutō & sine ullo discrimine seruire possis deo,  
 taceo quāto cū fructu? Mera insania est, in gratiā principū  
 et ob nescio quā uani et momētanei honoris titillationē offen  
 sam dei cōtrahere et facere iacturā salutis æternæ nullis opi  
 bus, nulla potētia reparabilē, quā effugere poterit nemo illo  
 rū, quicūq; pauperū & innocentiū sudore & sanguine suā  
 suorūq; sitim pecuniariā exaturāt. Hoc genus hoīes, si cer  
 nis feroces, robustos, pingues, nitidos, formosos, rubicūdos,  
 ne mireris ὁ homo Christiane, humano cruore uictitāt. Ne  
 q; his ineptiores ullos reperias ad institutionē Christianā, ni  
 mirū q̄ terrenorū bonorū studio cæcutiētes ad euāgeliū chri  
 sti prorsus caligāt. Sed neq; ipsos reges & principes dicas ap  
 tiores, ut planē cōprobetur, Christi sapientiā uideri stultitiā  
 primoribus mūdi. Non. n. serūt fulgorē æterni luminis assueti  
 tenebris cecitatis mundanæ. Causa est, quòd partim ob ge  
 nūnam ipsorum barbariam partim ob ecclesiastica pacis



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM.

conseruandæ stulium nullo cibo alio uel alti sunt hæc tenent  
 uel hoc etiamnum tempore aluntur quam lacte illo, quo  
 Paulo infantes adhuc Corinthij utcumq; Christo fuerunt in  
 ciati. Hoc uno delectantur, hoc sibi plaudunt, hoc ceu egre  
 gij gloriantur Christiani, hoc deniq; assuefacti nihil solidior  
 ris edulij admittunt, satis esse putantes baptizatum quod  
 nis paschalis communionis fuisse participem. Vnde uide  
 mus illorum plerosq; non aliter affici ad præcepta domi  
 nica quam serpentem aures obturantem ad carmen sapien  
 ter incantantis. Huc enim deuenimus miseris, ut ipsis quoq;  
 q; Christianis odio iam sit uerbum Christi. Ex quo patet re  
 ges & monarchas, ut ueritatis Christianæ præceptorumq;  
 germanè Christianos facientium incapaces ordinis esse, om  
 nium postremi in ecclesia, eosq; idcirco non impossibile quæ  
 dem dico, sed difficilimè omnium seruari. Primum quia Chri  
 sto iudici non tantum pro se, sed pro subiectis omnibus quoq;  
 rationem reddere coguntur. Secundo quia subditos non  
 armis defendunt quam expilationibus affligunt. Tertio quia  
 eosdem suis legibus & exemplis non tam in cœleste quam  
 in medium Satanæ regnum inducunt. Quarto quia charita  
 tem fraternam nesciunt, sed nunquã non uel ambitione uel  
 odio ceu domesticis furijs instigati de rebus terrestribus tan  
 quam de summo bono inter se dimicant, non sine malo com  
 muni atq; totius interim ecclesiæ concussionẽ. Quinto quia  
 plurimum semper spei in opes quomodocũq; & undecumq;  
 corrasas & homicidas milites ponunt, minimum in Deum.  
 Sexto quia infinitis homicidijs & urbium direptionib. ma  
 culantur. Quidquid enim faciunt milites id recte imperato  
 ribus ducibusq; ascribitur, Septimo quia leges mundi antea

ponunt præceptis Christi, & ob id uerbum Dei non tam sequuntur quam persequuntur. His atq; consimilibus causis propemodum innumeris de industria prætermisissis, æstimes quam sit arduū principes ac potentes in hoc mundo regnare & simul sanctorū Dei parare consortium. Non. n. est, ut unus aliquis terrenis bonis excellat atq; cœlestibus. Non est ut quis in mundo pariter & in cœlo regnet. Quod si fuerit, qui se utrunq; consecuturum speret, huic ego bene precandū quidē censeo, tutius tamē esse dico sequi Christi regnum fugientis quam cuiusq;, quantusquantus ille tandem sit, appetentis exemplum. Nemo. n. peccandi pluribus obicitur occasionibus, nemo insidijs diaboli magis petitur ac patet, nemo à formula Christiane uiuendi magis recedit q̄ reges & monarchæ huius mundi, ut haud ociose dixisse putes diuum Hieronymum, præsentem potentiam futurorum esse materiam tormentorum. Nam uel alioqui difficile est in se magna peccandi licentia non peccare & seruis Christi bonis & sinceris nō minus prudentiæ adesse debet in amputandis & fugiendis ansis malè agendi q̄ curæ in faciendis uirtutibus. Hæc de spernenda potentia. De opibus uero hoc in uniuersum dixerim, nempe quod neq; congeri sine peccato neq; possideri possunt Nihil. n. est quod æquè remoretur pi-  
 orum animos properantium ad Christum q̄ diuitiæ & quæliumcunq; terrenarum rerum sollicitudo. Vnde comperimus apostolos & insignissimos quosq; Christi sectatores, quò expeditiores essent ad peragendum salutis negotium, primum omnium reliquisse omnia & sic nudos nudi magistri uestigia secutos. Opes Christianorum uictus et amictus. Quidquid ultra necessaria superfluit, onerat non conducit

Hierony.

Opes.

## CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

Cupiens igitur ueri Christianismi, quemadmodum inuicem  
 cebam, mundum iuxta prædictam legem cum suis bonis re-  
 linquat oportet. Nihil. n. cōmodi ad salutē eternā affert no-  
 luptas, nihil honor, nihil nobilitas, nihil potentia & opes  
 & cætera id genus, quæ breuitatis gratia prætermittimus.  
 Impediunt ista & obstant ascensuris in cœlum, tantū abest  
 ut conducant. Cæterū neq; mala eius formidini esse debent,  
 quin animis contemnātur masculis atq; Christianis. Nā quæ  
 admodū bona non profunt, ita mala non obsunt. Imō dicitur  
 mirū, si accuratius rē expendas ad amussim euangelicā, be-  
 na mundi nobis obsunt & rursus mala profunt, Per illa per-  
 dimur, per hæc probamur et euehimur ad salutē. A craniis  
 enim & afflictionibus regnū cœlorum paratur, nō delictis  
 & uoluptatibus. Subeat memoria sanctorū ueterū, & memo-  
 rijs afflictionibus probatos migrasse ad dominū, sed oēs au-  
 quibus datum est perferre aduersi aliquid pro Christi nomi-  
 ne. Beatiores aut, qui plus alijs fuerint malorū passi, quādo-  
 quidē nullarū passionū poenitebit recepturos olim nallecu-  
 pla beatitatis æternæ præmia. Atq; ista quidē de prima legē  
 qua Christianus homo mundo huic cum suis bonis & malis  
 renuntiat, breuiter dicta sufficiant. Nunc secundā affere-  
 mus, Præcepta Christi leges meæ sunt. Hac lege religio-  
 nis Christianæ studiosus non solum uni aut alteri, sed omni-  
 bus Christi præceptis parere cogitur, & ob id haud magno  
 pere ad se pertinere arbitrabitur leges mundi. Hoc ego di-  
 co, non quod uelim, ut in omnibus rebellem se præstet mun-  
 di principibus, uerū ut reddat Cæsari quæ Cæsaris, & Deo  
 quæ Dei sunt. Nam si quid penes nos resederit quod princi-

Secūda lex







CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

modo. Pulchrum deniq; extra populi tumultus uiuere, & in loco quodam deserto remotis omuib; noctes atq; dies examinare conscientiam, eamq; ueluti peccatorum aliquem condicem subinde reuolucere, actusq; nostros & cogitatus omnes ad p̄cepta dominica ceu ad cotem ferrum clinare. Hoc enim agere hominis reuera Christiani est. Hoc modo Christiane uiuitur. Hoc modo peccata non solum p̄terita delentur, sed uitantur etiam futura. Hoc deniq; modo gratia paratur diuina, qua nobis p̄estatur, ut & mundi sapientia contemnere & Christi p̄cepta complere possimus, id qd per se nemo potest. Non possum non uehementer improbare morem illum uulgatum & usu multo consuetum in ecclesia quo frater fratrem ob leuissimam quamq; offensiuinculam iuxta mundanarum legum disciplinam in ius uocat, agit reus iniuriarum postulat, cippo & multa plectit & non raro capitali perimit supplicio, calcato euangelico iure & charitate fraterna prorsus contempta. Tam immorigeros & morosos fratres ego melius putarim uel non recipi in communione uel receptos protinus expelli q̄ sic illuso Christo in se se uindicare & uindicari & sub nominis Christiani persona notorios ethnicos agere. Nam & pessimi exempli id est & ecclesiastice discipline certissimam affert panolethra. Quando enim pacientiam addiscemus & condonationem iniurie inimicorumq; dilectionem iuxta p̄ceptum dominicum, si uindicta nobis cōceditur in fratres? Ego non tam eos qui inferunt q̄ qui in patienter ferunt iniuriam plectendos censeo. Aliter suos mores moderatur homo Christianus, ut pote qui passis iniurijs atq; contumelijs gaudet, lucrum exstimans quidquid sibi p̄ter meritum iniurie fuerit à quocq; illatum

malum. Nulla enim re magis deum demeremur q̄ si gene-  
 rose perferamus iniurias & non malum p̄ malo, sed pro ma-  
 lo bonum regeramus, certi nō tam miseros & flendos, qui  
 patiuntur q̄ qui faciunt iniuriam. Causa est, quod nō tam ui-  
 sibiles aduersarij q̄ qui in illorum cordibus latitant nos per-  
 sequuntur. Benefaciendum igitur inimicis & orandum pro  
 persecutoribus nostris. Nesciunt enim quod faciunt, demo-  
 nium habent & reuera insanunt, preparantes iniustis ip-  
 sorum actibus nobis quidem iter ad salutem, sibi met uero ad  
 æterna incendia materiã. Proinde neq; de ultione unq̄ cogi-  
 tabit seruus Iesu Christi, neq; cassa torquebitur formidine  
 aliorum casuum humanorum, ne uidelicet non habeat unde  
 uiuat, ne desit qui propulset iniuriam, ne sine heredibus diē  
 suam obeat, sed hæc longè antea præmeditatus tertiam hanc  
 sibi feret legem. Solus Christus œconomus, protector, uin-  
 dex, hæres esto. Reliquum n. erat, ut qui prius paulo reli-  
 querat mundum & legibus mundanis præcepta dominica  
 prætulera, Christo se totum dederet. Fide tamen opus est ad  
 huius legis obseruationem. Alioqui parum conduxerit mul-  
 ta decernere & obseruare nihil. Porrò perutile est, dispen-  
 satorē sibi constituere Christum & rei domesticæ curan-  
 de molem omnem in illius transferre humeros. Ille enim no-  
 uit quid nobis uel profuturum sit uel obfuturum. Huc horta-  
 tur psalter regius dicens. Projice curam tuam super domi-  
 num, ipse te enutriet, Et apostolorum coryphæus Petrus, Hu-  
 miliemini igitur, inquit, sub potenti manu dei, ut uos exal-  
 tet in tempore omni sollicitudine uestra cōiecta in illum. Nā  
 ille uestri curã gerit. Proinde nemo, q̄ æternis dat operã spe-  
 ret sibi defutura temporaria. Non ignorat Christus egestatē

Tertia lex

Oeconomo.

David:

Petrus.

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

nostram, & qui sufficit malis & impijs necessaria, suos perire fame non sinit. Non deserit in se credentes, quibus nec promissis obstrictus est euangelicis. Neq; benignitatis eius est neq; naturæ, ut quos creauit & sub peccato uenturos tanto precio, nimirum sanguine suo redemit ceu alienos & ignotos despiciat atq; relinquat. Imò qui dedit corpus corpori quoq; necessaria prouidebit. Vnde liberalitatis diuine expertus propheta. Puer sui, inquit, uerum & seniu, & non uidi iustum derelictum & semen eius querens panem. Hæc & his consimilia uolens animo, sæpenumero demerari soleo institutores & mercatores mundi, montes & ualles, terras & maria insaciabilis uentris gratia peragrantes non sine insignibus interim corporis & animæ periculis, quod dimidium tantummodo curæ & uigiliarum & sudoris impenderent Christianæ pietati quantum insumunt in res caducas & fluxas & uelint nolint breui perituras haud dubie & quietius uiuerent & gehennæ securi foelicius morerentur. Extremæ dementiae est, tanto labore parare cruciatum tartareos, quam longè minore possis æterna gaudia. Vnde eo contempto sibimet ipsi cõsulunt. Hinc oritur amor operum hinc alienæ rei cupiditas, hinc periuria & fraudes, hinc insidias & lites, hinc seditiones & bella, hinc expilationes populorum & rapinæ, hinc cædes exercituum & urbium diruptiones, hinc deniq; mala omnia, quibus orbem iam uexari uidemus tanq; ex equo Troiano innumeri milites prodeunt. Si igitur ab eiusmodi pestibus liberi esse uolumus, eorum nomina nobis præficiamus Christum, neq; tamẽ solũ occidit

Dauid.



sed ptectorem quoq; & ἀλεξίκακον. Hic ergo propugna- **Protectori**  
 culum nobis, hic turris fortitudinis, hic aduersus oīa manus  
 hostilis tela & impresiones murus abeneus esto. Huius uni  
 us ambiamus patrociniū. Huius captemus opem. Huic si-  
 damus. Huic in rebus dubijs nostrā cōmittamus uni salutē.  
 Huic enim uni longē tutius est confidere q̄ omnibus anemi-  
 bus & stultis principibus Taneos. Non relinquitur impro-  
 lectus, qui protectorem Christum habet. Non eget humano  
 auxilio, qui commendatus est suppetijs diuinis. Non indiget  
 hominum satellitio, cui adsunt in tutelam angelorum exer-  
 citus. Verum neq; uindicem alium optare sibi debet homo. **Vindex.**  
 Christianus quā eum qui ait, Mea est ultio, ego retribuam.  
 Errant igitur haud mediocriter, qui ob quamlibet ingestā  
 ecclesie iniuriam neglectis Christi mandatis gladijs & lan-  
 ceis usin dicant in hostes. Habet enim suum protectorem, ha-  
 bet suum uindicem. Non autem fas est, ut contra præceptum  
 ducis nostri, penes quem summi totius ius est imperij manus  
 conferamus cum hostibus. Non fas est, ut armis humanis oc-  
 cupemus Aegyptum istam, de qua, ne quo eius contactu  
 maculemur, quotidie exire iubemur. Peregrini sumus & ho-  
 spites in hoc mundo non ciues. Relinquendum ergo palliū  
 & quidquid quisquiliarum terrenarum fuerit Aegyptiæ do-  
 mine. Quod si omnino uis aliqua igruerit a Pharaonibus no-  
 stris, que euitari nequirit nisi refractis & reuulsis metis et  
 scopis euāgelicis, ego satius esse puto seruatis christi mādati  
 oppetere mortē q̄ trasgressis impie uitæ cōsulere. Profecto  
 meli9 ē multis martirib9 locupletari ecclesiā q̄ repleri multis  
 raptorib9 et homicidis. Ceterū quod heredē sibi facere chri-  
 sti debeat christiane cultor fidei, hoc mihi nihil iusti9 uidetur. **Heres.**



79 CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

Esaiæ 43.

Quid enim iustius, quam ut illum instituamus heredem bonorum fluxorum - cuius esse optamus coheredes æternorum? Quid æquius, quàm ut quidquid habemus boni post mortem cum redeat, qui dedit? Summa igitur danda nobis opera, non solum uiuentes adhuc si quid benignitas diuina misericordis in nos contulerit, partiamus diligenter cum Christo, sed longe magis morientes quidquid nobis supersuerit illi conferamus, quandoquidem nihil ferè aliud in futura uita sibi boni habituri quàm si quid in hac per pauperes Christi præsenserimus. Nihil scelicius recondimus, nihil tutius asseruamus, nihil denique nobis manet incorruptius atque certius quam quid apud Christum deposuerimus. Non enim est, inquit, de manu mea cruat. Porro deponimus apud Christum, quod quid membris eius egenis fuerimus elargiti. Vtinam igitur primates ac dynastæ huius mundi, qui uitam totam concordemur & eum scribant heredem si minus ex asseruamus in ima cœca. Nam si uitio uertitur, quoties testator præteriberos & cognatos amicum aliquem de se benemeritum præterierit, idque uulgo execrandi criminis instar habetur, quod maioris flagitij reum putemus, si & fratris & omnium benefactoris Christi non meminert? Non enim uidetur benefactor agnoscere, quæ benefactoris capit obliuio, & indignus est honore, qui largitori bonorum omnium ingratus est. Atque ista quæ habuimus, quæ de tribus homini christiano necessarijs legibus in medium promeremus, si quis forte fortuna cum Herodote nostro dura & aspera quidem Arctæ, sed ad superos diuitia sequi malit quam plausibilia & mollia Hædone ad inferos uestigia.

IOHAN. PHILONII DVGONIS LIBER CHRIS-  
 tianarum institutionum tertius.

## PRAEFATIO.



Vò scripta nostra inculpatus auspica-  
 tiusq; prodeant in publicum, & huic  
 uolumini praefationis aliquid praefigen-  
 dū putauimus, docturi auidum sinceri  
 Christianismi lectorem qua quid ratio  
 ne dictum scriptum ue sit, nimirum ut  
 intellectis praecipuis quibusq; thema-

tis, in ceteris, quae fortasse prima fronte uel ambigua uel pa-  
 riu pia uel duriora saltem quam par est acerbioraq; uidebū-  
 tur, minus hereat, offendatur, exasperetur. Est. n. prudentis  
 ac prouidi scriptoris dare operam diligentē, ut obrectatori-  
 bus & uilitigatoribus ansam calūniandi, si fieri potest, oēm  
 intercidat. Nam uel alioqui multos habet magistros, qui edi-  
 ficat in publico, iuxta parcemiam, & nihil iucundius mortali-  
 bus q̄ reprehendere aliena, pbare sua. Certē difficile est &  
 in primis arduum, inter tot mendacij cultores Theoninum  
 dentem effugere doctorem ueritatis. Res igitur duas inter  
 se afferimus diuersissimas, ecclesiam Christi et mundū, pinde  
 ut neq; ecclesiae cū mundo neq; rursus mūdo cū ecclesia cōue-  
 niat aliqd. Ecclesiam uoco omnes, qui in Christo baptizati ex  
 animo Satanae cū suis pompis & opibus renūciauerunt, praes-  
 ceptis euangelicis atq; institutionibus apostolicis utentes pro-  
 legibus, ubicūq; tandem uixerint uel inter medios inimicos  
 christi. Spiritualis. n. ē ecclesia, neq; regiōe certa ulla, quē ad  
 molū Donatistae uoluerūt, neq; mortalis domini alicuius im-  
 perio tenetur atq; circumscribitur, cuius bona portio in ipsis

PRÆFATIO.

astris etiam habitat. Huius ecclesie caput & gubernatorem  
 Christum fatemur. Mundum dico omnes, qui uerbo Dei  
 tēpto moribus mundanis & legibus humano ingenio excog  
 tatis, uitā agitant, siue baptizati sint seu nō baptizati, quorū  
 doqdem non modò gentes, uerumetiam quicunq; sub specie  
 Christiane religionis gemiliter uiuant promissionum Chri  
 sti sunt exortes. Huius mundi princeps & coryphæus est  
 Satan. Christus parti sue prædicit in hac uita mortali affli  
 ctiones quidem exanlandas atq; calamitates & omne ge  
 nus ærumnas temporarias, uertendas tamē olim in gaudium  
 & foelicitatem perpetuam & nullius mutationis & finis  
 pacem. Contra Satan multitudini sue pollicetur atq; præ  
 ponit uoluptates, diuitias, honores, potentatus & regna  
 us mundi, quibus inescatam & breui admodum tempore  
 tulantem atq; gestientem perennibus gehennæ flammis con  
 burendam obijcit. Habet igitur suum utraq; pars ducem &  
 ueluti agonothetam. Datur autem unicuiq; mortalium opor  
 tio libera sequendi utrumlibet. Qui uult esse partis ecclesi  
 sticæ, is Christum sequatur oportet. Qui uerò mundanæ  
 ctionis miratur gloriam, Satanae cum suo satellicio sociari  
 necesse est. Nihil .n. relinquitur medijs. Hoc intellecto thēma  
 præcipuo & uniuersali, nullo negotio lectorem candidissimè  
 stimo, quæ toto cōtinentur opere intellecturum. Nam hæc  
 ois nostra spectat oratio, ut hominē saluari baptismate locū  
 à mūdi erroribus ad uerū Christianismum uertamus. Quod  
 Christus doceat in ppatulo est. Neq; qd mūdus in obscuro  
 Nō argumētationibus multis, nō captiosis Dialecticis  
 logismis opus ē. Res ipsa patet omnū oculis. In hoc totus chri  
 stianismus cardine uertitur, nempe ut Christiani christiani  
 uināt. Id qd factu uidetur impossibile, nisi mundo cū suis se



phismatis & argutijs despecto et relicto uitā omnē cōponāt ad institutionē & formā euāgelicā. Cæterū non dubitō futurōs, q̄ Christi præcepta cū legibus mūdi misceāt. Hi nihil aliud molituri mihi uidentur q̄ ut ecclesiā cū mūdo, Christū cū Satana, regnū coeleste cū gehenna copulēt, hoīes parū cordati & inepti, uinū infusa aqua, qd' aiunt, pdituri, facturiq; ut nūq̄ concors ita nūq̄ sociabile ouis & lupi cōiugū. Neq; procul absunt à natura brutorū animātū, equorū uidelicet, atq; camelorū, q̄ fluuios ne claros et lympidos potent, pedibus cōturbāt. Quæ malū dementia est spōte nostra immittere floribus Austrū, oleo rigare plantas & puritatē fontis coelestis mundanarū lacunarū sordibus cōspurare? Potest ne ciuitas cōstare sibi diuersis inter se atq; pugnatibus utens legibus? Quis id sanæ mentis dixerit? Potestne respub. esse uerē christiana, in qua cōstitutiones humanæ uim habent oraculorum Christi? Quid hoc absurdū? Potestne populū aliq̄ pmissoriū Christi fieri particeps, apud quem uel æquatur uel præponderat Iustinianus Christo, Vlpianus Petro, Paulus iuriconsultus Paulo apostolo? Quid creditu difficilius? Breuiter quā q̄ nō adimo cuiq; qdlibet hac de re sentiendi liberū arbitriū, ego tamen sacris litteris toties perlectis & relectis ac tot uerū plustratis lucubrationibus nihil cōperio, quo magis uel scindi poterit ecclesia uel turbari uel corrūpi q̄ uiciato decretis humanis uerbo diuino. Quod utiq; quo purius & sincerius tractatur & obseruatur, hoc efficacius agit in aīs humanis. Scio me hoc scripto haud parum multos offensurū, eosq; præcipue qui uel in mūdo eminent uel in ecclesia more mundano primis captant, foris quidem Samueles, domi uero Simones aut Sardanapali. Cæterum fauor humanus negli-



PRAEFATIO.

gendus est omnis, ubi agitur negotium Christi. Neque mundi  
 terrores timere debet uerbi diuini dispensator. Non apertae  
 functioni annuncianae ueritatis euangelicae, qui uel manus  
 minas horret uel mortem pro Christo dubitat oppetere. Na  
 dana ignominia Christiana gloria, temporaria mors uita a  
 terna putanda doctoribus ecclesiae. Et mors quidem commu  
 nis mortalibus omnibus est, sed illa speciosissima, quae pro Chri  
 sto subitur. Haec dixerimus, non quod ipsi nobis aliquid au  
 cersere cupiamus piculi, id quod non raro uel inuitis & nihil  
 cogitantibus ultrò se offert, sed ut lector Christianus intus  
 ligat à Christo passo nullum seculum hoc nostro fuisse uerbi  
 tis impatientius & idcirco nihilo minus periculosam esse  
 necessariam praedicationem uerbi diuini liberam & sinceram,  
 adeò usque insuauis est & insipidus etiam ipsis Christi  
 nis Christus. Nam hodie non quemadmodum Christus praeci  
 pit, sed quemadmodum praescribit mundus praedicandum  
 est uerbum Dei. Unde si caelesti quis instinctus numine li  
 berius aliquanto docuerit (ut aliquid exempli gratia profes  
 ramus) uel à bellis uel à mercatura temperandum Christi  
 nis, quod bellatores quidem fraternam uiolentiam aperte clari  
 tatem, mercatores uerò citra periurium & mendacium ui  
 uere nequeant & ob id inuisi Deo sunt, utpote quos & ipse  
 Christus templo expulerit, protinus ceu aduersus lese diuini  
 ne pariter & humanae maiestatis reum conclamatur, factio  
 sus est, schismaticus est, haereticus est, anathematizetur, com  
 prehendatur, exuratur. Aestimare autem licebit, quales  
 ibi Christiani sunt, ubi ad mundi nutum & renutum praedi  
 candus Christus est? Atqui decebat principes & epi  
 scopos germane Christianos Dei uerbum, id est ipsum

Christum seruatorem nostrum decretis humanis & gentium  
 & mundi legibus tam impiè captum & flagellatum in suam  
 aliquando libertatem asserere atq; curare omnino, ut popu-  
 li nomine Christiano insigniti, si non prorsus Christianè uiue-  
 rent, saltem Christianè uiuendi formam audirent. In hoc si  
 concordibus animis suum quisq; studiū opemq; conferret,  
 nimirum breui futurum sperem, ut institutionibus parum  
 pijs obliteratis, reuocatis euangelicis & ecclesia reddere-  
 tur purgatiore & auctior gloria Christi. Quis. n. Christo con-  
 stater credat aliò trahentib. legib. mudi, aliò decretis euāge-  
 lij uocantibus? Quis pietati uerae feliciter studeat, ubi aliud  
 iubeat iurisdictio secularis aliud religio Christi uetet? Quis  
 peccatis absistat tot humanarum constitutiuncularum illiciti-  
 bus ad peccandum irritatus? Et ut ad exemplum prius pau-  
 lo adductum reuertamur, quis agat poenitentiam de fratri-  
 bus uel ui expilatis & occisis uel periurio mendacioq; de-  
 ceptis, si doctores ecclesiae iuxta mundi placita palam do-  
 ceant, quemadmodum nusquam non docent, hominem pri-  
 uatim interficere peccatum esse, publicè belligerando uirtu-  
 tem, & si frater fratrem circumscripserit aut oppresserit fla-  
 gitium esse, si uero merces minimo emerit & augendi lucri  
 gratia quam potest maximo reuendiderit, solertiam atque  
 prudentiam? Mihi sanè hoc tempore pleriq; ecclesiae pri-  
 mores ebrii uidentur nimia sapientia, nempe qui excusso de  
 Christi manibus sceptro suis ipsorum placitis ceu doctrina  
 caelesti melioribus plebem Christianam gubernare contem-  
 dant. Cui malo si uon itur obuiam, quoniam quæso Christia-  
 nismus abibit? Nihil est, quod non ausit humana temeritas,  
 modo possit. Quid hactenus hominū consilijs, legibusq; pro

P R A E F A T I O

fectum sit, si quod aliud, nostrū arguit seculum, quo in tam  
 uarias & inter se pugnantes factiones lacerata est ecclesia,  
 ut multis etiam cruditis uiris parum constet, quem uel per  
 grant uel sequantur. Confusa uidemus atq; promiscua sunt  
 era prophanāq; omnia, ut re uera coelum terra mistum di-  
 cas, quando inter diuinum & humanum nihil habetur dis-  
 scriminis. Principes episcoporum, episcopi principum  
 funguntur officio, in hoc utiq; pares utriq; , ut & bellis &  
 mundi negotijs nemini gentilium concedant. Hac rerum  
 importunitate & omnis ecclesiasticæ disciplinæ corruptio-  
 moti fatemur quidem ingenuè liberius alicubi nos q̄ no-  
 stra fortuna fert insultasse legibus mundanis, uerum rursus  
 modesti esse lectoris arbitramur, id simul humanis affecti-  
 bus simul pio dolori condonare. Quis enim non moueatur  
 quum uiderit pauperes Christi à mundi primatibus tam  
 inciuiliter tractari, tam tyrannicè expilari, tam immaniter  
 truculenterq; torqueri & occidi leuissimā quaq; causā iri-  
 tatis & interim propemodum nulla? Quis non ingemiscat  
 quum uiderit principes Christianos iuxta leges gentium  
 inter se de rebus terrenis & momentaneis tanto terrore  
 tanto malo membrorum Christi atq; totius ecclesie turba-  
 tuari, ratione nulla habita uel fraternæ dilectionis uel reu-  
 gionistotius Christianæ? Quantū sanguinis humani suscipi-  
 putemus pauculis his annis tot cladibus ulro citroq; illatis  
 atq; acceptis ac tot bellorum tumultibus quilibet uel leuio-  
 fensa uel exigui spe compendij excitatis & nescio quando  
 finiendis? Quid ui captas ac direptas urbes memoram?  
 Quid uastatas regiones? Quid praedas actas? Quid uiduas,  
 orphanos, pauperes, exules factos? Atq; utinam ista se ma-

La intra parietes aulicos continerent. Verum non possunt  
 peccare, qui praesunt citra insigne aliquod subiectorum inco-  
 modum, quibus plus ferè obsunt exemplo quam facto. Sed  
 ne id quidem satis est, nisi legibus quoq; & edictis proposi-  
 tis optimus quisq; incitetur atq; cogatur ad impiè agendum.  
 Vnde uidemus passim ciuem rixari cum ciue, fratrem fra-  
 tri diem dicere, tractos ad tribunalia nunc à filiis parentes  
 nunc à parentibus filios, & quos paulo ante charitas Chri-  
 stiana coniunxerat ut fratres, haud ita multo post a legibus  
 humanis rursus diremptos ut hostes. Hinc nascitur &  
 ortum habet ultio iniuriae, mali pro malo redditio, studium  
 pecuniae, gloriae fames, inuidia proximi, dominandi libi-  
 do, expilatio pauperum, omnis fraus, omnis iniuria & bre-  
 uiter quidquid malorum excogitari potest aduersus Ec-  
 clesiam CHRISTI. Hec inquam & his consimilia  
 quotidie uidens quis Christianae mentis non ingemiscat?  
 Quis denique non miseretur uicem huius deploratissi-  
 mi seculi, quo principes Christiani ob frequentes & pro-  
 pemodum continentes pugnas cædibus humanis & fuso  
 sanguine Christiano Neronés, Domitianos, Detios, Dio-  
 cletianos omnes exuperant? Quid interesse putemus  
 inter Turcos aut Sarracenos & tam multiplicibus homi-  
 cidij expilationibusque contaminatos Christianos?  
 Vtrum atrocius flagitium uerbis CHRISTVM ne-  
 gare an factis? Et reperiuntur doctores Ecclesiastici, qui  
 hæc monstra & organa Satanae miris uehant laudibus,  
 magno supercilio asserentes iure belli nihil non licere uia-  
 stribus in uictos. O ius praeclarum, sed quo nihil diuer-  
 sius à iure Euangelico atq; Christiano. Deum immortalē



PRÆFATIO

quot boni & innocētes uiri hoc iure perire, qui iure Christi uiuerent? Sed mittamus ista, ne quos placare conuenit, irriteremus. Non enim id nunc agimus, ut principum uera et leges reprehendamus, sed ut ostendamus aliud mundo congruere aliud ecclesie Christi. Homines mundi utcumq; uixerint recte uiuunt, modo suis monarchis uel placuerint uel non obfuerint. Exclusi enim sunt semel à spe regni cœlestis Christianis uero, quibus opulentia, uoluptas, honor, spes & salus omnis unus Christus esse debet, nulla uiuendi forma tutior est, nulla congruentior quàm ipsius uita atq; doctrina Christi. Quidquid huic additur decretorum atq; consuetudinularum humanarū suspectum est, superuacaneum est, noxium est. Optimus Christianus est, non qui legum imperialium studiosissimus sed qui obseruantissimus præceptorum Christi. Quatenus autem legibus mundanis parendum sit alio loco doctum est. Subiectus quidem esse ac parere debet homo Christianus regibus atq; principibus huius mundi, sed salua religione Christi. Cæterum si fuerint, qui nos inter uilius aliquanto quàm par est genuinum insigere monarchi dixerint, censuerintq; fas non esse, ut homo semisus & quolibet pro pauperior tam confidenter Momum agat in domo nos terræ, his censoribus tam tetricis respondeamus, primò nihil magis decere sacerdotem quàm os ueram & liberè deinde neminem nos nominatim traducere neq; populorum & urbium serere dissidia & rebelliones, quemadmodum res & fecerunt & faciunt, sed quod optimum & efficacissimam ad ecclesie tam diuersas in sectas disceptatæ faciendam cōcordiam & unitatem uisum fuerit iuxta ingenij

diocritatem consulere in medium, Postremò sicubi ad repri-  
 mendos & emendandos quorumpiam effrenos & impios  
 mores naso utimur, id proficisci à beniuolo ac pie libero ani-  
 mo. Nam inter omnes totius ecclesiae mortales, nulli mihi  
 hoc tempore miseres uidentur, nulli desertiores, nulli qui  
 periculosius uiuant quàm reges & principes. Etenim quàm  
 ceteri cuiuscunq; ordinis homines partim humana metu po-  
 testatis partim episcoporum doctrina censuraq; reuocentur  
 areanturq; à uitijs, hi soli aulicis ineptijs insueti à puero et  
 ob id euangelicae rei rudes & ultro semet mundanorum er-  
 rorum inextricabilibus impediens laqueis neminem ha-  
 bent, qui monitis fidelibus uel expediat impeditos uel erran-  
 tes in uiam reducat ueritatis, sed plane ceu deplorati ac per-  
 diti in suis ipsorū opinionibus & impietatibus consensescere  
 permittuntur. Hoc ipsū tametsi per se graue sit & formidolo-  
 sum, perinde ut nullius non animum recto rem iudicio aesti-  
 mantis percelluerit, ad cumulum tamen accedit mali per-  
 emptorij, quòd adeousq; decernantur cinislonum & adula-  
 torum palpis ac technis, ut tum uel maximè se putent beatos  
 quum maximè sunt miseri. Non enim desunt in aulis, qui ex  
 lupis oues, ex accipitribus columbas, ex hominibus deos fa-  
 ciant. Quibus moribus huc est uentum calamitatis, ut ple-  
 nisq; principum nihil ferè maiori uel odio sit uel ludo quàm  
 uerbum Dei. Quòd si quis huius rei facere cupiat periculū,  
 doceat eos non esse iurandum, non contendendū iudicijs, nō  
 resistendum malo, inimicos diligendos & afficiendos bene-  
 ficijs & his consimilia Christi praecepta, praecepta inquam  
 non consilia quemadmodum stolidi nonnulli deblaterant ma-  
 teolog, & mox bene derisus aut longè hinc ad coruos abire

PRAEFATIO

iussus dimittetur. Hoc autem quanta sit impietatis? quanto contemptus praeceptorum Christi, quis non uidet? Causa est religionis incuria & quod plane deserti sunt hodie, quem admodum dixi, ac suis relictis erroribus, nec habent, qui ad poenitentiae tempestiue moneat uel timoris dominici, usque eo & palponum diuites uideas & inopes amicorum. Et certe pro istis quoque Christus mortuus est. Neque uideo quare minor eorum quam ceterorum Christi membrorum ratio habeatur, quibus hoc utique plus curae impendendum uideatur quo plus & correcti utilitatis & neglecti pernicii affertur ecclesiae. Hoc igitur illos nomine proposita cum primis in medium ueritate suis depingere nonnunquam uolue coloribus, ne uidelicet qui spreto dei uerbo in terra primas tenent, seducti adulatorum praestigijs protinus & in caelo sibi regna polliceantur & imperia, sed ut intelligant nibilo se insolentioris cautionis, nibilo partiorum lachrymarum indigere ad fugienda & abluenda peccata, si re uera esse Christiani uolunt, quam quilibet ex infimae sortis hominibus. Hoc est enim doctoris ecclesiastici, nempe citra personarum aliquem respectum ex aequo admonere officij, commissorum arguere, hortari ad poenitentiam & nullo non moto lapide quod aiunt, ad spem uitae aeternae animare summos & inimos. Tales optare debent episcopos animarum principum Christiani. Talibus creandis calculum suum adijcere, memorabili persuasi exemplo imperatoris Christianissimi Valentiniani, qui ubi Mediolanensem antistitem, illum dico Arianae partium uexilliferum ac promachum acerrimum Auxentium, sanctum cooperisset euocatis ad successoris electionem sacerdotibus, et episcopis huc in modum locutus fertur. *Ἰσὲς ὁ ἀρχιεπίσκοπος, ὁ ἄγιος*

τοῖς θεοῖς λόγοις ἐντεθραμμένοι, ὅποισιν εἶναι προσή-  
 καιτῆς ἀρχιερωσύνης κρείμαίον, καὶ ὡς οὐ χρὴ λόγῳ μόν-  
 νοι ἀλλὰ καὶ βίᾳ τοὺς ἀρχομένους ρυθμίσειν, καὶ πάσης  
 ἀρετῆς ἐαυτὸν ἀρχέτυπον πρῶτον θέσθαι, καὶ μάστιγα ἔχειν  
 τῆς διδασκαλίας τῶν πολιτείᾳ. τοιοῦτον δὲ ἴδοντες ἡμεῖς  
 τοῖς ἀρχιερατικοῖς ἐγκαθιδρύσαμεν θώκοις, ὅπως καὶ  
 ἡμεῖς οἱ τῶν βασιλείᾳ ἰθαῶντες, ἐιλικην ὡς αὐτῶν  
 τὰς ἡμετέρας ὑποκλίνομεν κεφαλὰς, καὶ παρ' ἐκεί-  
 νου γυγιομένους ἐλέγχουσι. ἀνθρώπους γὰρ ὄντας καὶ  
 προσωαίειν ἀνάγκη, ὡς ἰατρικῶν ἀσπασίωμεθα θρησκ-  
 πείᾳ. Ad huius exemplum si nostrates reges & monar-  
 che uitā instituerent & fidei ecclesie doctoribus acquiesce-  
 rent potius q̄ aures patefacere parasitis & nihil nisi huius  
 mundi nugas & uanitates probantibus & suggerentibus  
 adulatoribus, nimirum & ipsi tranquillius & sanctius uiue-  
 rent & felicius meliusq; consuleretur tot iam expilationi-  
 bus tumultibusq; uexatis membris Christi. Breuiter, ego ne-  
 minem despicio, neminem iudico, neminem condemno, hoc  
 tamen dico, nisi quis quotidie crucē Christi tulerit, præcep-  
 tis eius animosē inhæserit, uerbum dei uoluptatibus, opibus,  
 regnis mundi huius omnibus antetulerit, siue magistratus il-  
 le sit seu priuatus, siue princeps seu subiectus, nunq̄ uel cœ-  
 lū uel promissa coeliturū consortia. Quapropter quis  
 res humane fluxe sint & momētariæ et uelimus nolimus  
 citō sinē habituræ, sapienissimos oim existimo, q̄ mundo cū  
 suis bonis & malis omnib. cōtempto sese totos Dei ministerio  
 consecrant, nulla re alia solliciti q̄ ut morte ceu speculo semp  
 ob oculos posita ad extremum uitæ huius punctum euangi-  
 licis unxi præcepis feliciter emigrent ad dominum.



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM,  
ANTISTENHEM, QVVM ESSET ALIO  
rum magister, factum esse discipulum Socratis, cū  
eruditionis commendatione:

CAPVT PRIMVM.



Antisthenes Cynice sectæ princeps,  
quum in pyreæ non parum nominis  
parasset professione oratoria, prope  
ctusq; aliquando Athenas audisset So-  
cratem de rebus philosophicis periti-  
atq; eruditè disputantē, ad suos reuertē-

sus, faceſſite, inquit, discipuli magistrum uobis alium quaerē-  
turi. Nam ego à quo discam reperi. Venditis ergo, quæ per-  
sidebat ac inter necessarios partitis nihil reſeruaui præter  
uile palliolum, ſubinde ſectatores hortatus, ut qui docent  
ſibi discipuli fuiſſent ſub Socrate diſcenti forent condiſcipu-  
li. Plato in eo libro, qui Theages inſcribitur, nullam rem  
eſſe diuiniorem ait, de qua conſulere queat homo, quàm de  
eruditione ſui & ſuorum. Huic ſententiæ Platonicæ, ſi ualeat  
ræ humane defectus atq; proſectus æqua trutinemus bilan-  
ce, cōcordib. omnes animis accedere cogamur. Quid enim  
uel conſultu uel quaſitu dignius quàm id quo homines opti-  
miantur optimi? At hoc eſt, eruditio, ſine qua homo uel in  
dens cæcus eſt. Nā quod oculis caligo, id humanis mentibus  
ignorantia. Eruditio uero uelut aurora quædam illaſtra-

Orpheus. ἡδ' ὕψαος θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισι φέροντα  
Quemadmodum cecinit Orpheus, mentes pariter atq; cor-  
pora mortalium illuminat. Et multi quidem ignorantie  
tæbris comprehenſi cecutiunt, quos pecudum ritu uiuunt

mentes neq; sibi bonos neq; alijs magnopere malos dicas. Ha-  
 bendi tamen haud dubie pessimi omnium atq; pestilentissimi,  
 qui caeci quum sint, uidere se existimāt, cæteris collyria polli-  
 centes ad caligantis animi ophthalmiam persanandam, qua  
 ipsi immedicabiliter laborant. Vnde fit serē, ut caeci cæcos du-  
 cant, iuxta euangelicam sententiam, & utriq; in foueam cor-  
 ruant. Nam quem admodum morbi perniciosissimi sunt atq;  
 curatu difficillimi eorum, qui mente lesa egrotare se non in-  
 telligunt, ita extremum malorum omnium est non agnosce-  
 re ignorantiam suam, quando quidem hoc malo affectis emen-  
 datoris uitæ spes oīs adimitur, nimirū emēdatiōe se nulla in-  
 augere credētibus. Primus igitur gradus ad eruditionem est  
 inscitiae confessio, quā qui non agnoscunt hi ad capiendū cui  
 usq; disciplinæ cultū inepti sunt. Neq; obex maior ullus,  
 neq; impediens magis esse poterit obstaculum discendi auis-  
 dis q̄ uana sciendi persuasio, adeo ut nō solum discipulis ob-  
 stet ad bonam frugem tendentibus, uerum magistrorum quo-  
 que non raro traducat imperitiam, ut haud procul uero sit,  
 quod uulgo dici solet, Nihil scit, qui nihil nescit. Etenim si So-  
 crates ille incomparabilis ingenij philosophus & oraculi  
 Delphici testimonio uir sapiens p̄ omnia Platonis p̄p̄modum  
 uolumina id se unū duntaxat scire fatetur, q̄ nihil sciat, quan-  
 to nobis accuratius cauendum, ne falsa scientiæ opinione in-  
 stemur, qui ad illum compositi prorsus pueri sumus & in-  
 fantes. Vel Aristhenes noster sit eruditionis cupientibus uni-  
 tabilis, quem non absterruit confessæ ignorantiae pudor, quo  
 sciens ex tot auditorum magistro discipulus fieret. Non enim  
 tam nescire uitū est quā discere nolle. Neq; tam pude-  
 re debet ignarus q̄libet senex q̄ qui discere nolit. Melius est

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

uel sero discere q̄ nūq̄, idq; exemplo et Socratis, q̄ fidibus en-  
 nere, et Catonis maioris, qui litteras Græcas didicere senes.  
 Agnoscamus ergo imperitiā nostrā & pulso pudore sala-  
 tiferā magistrorum teramus auditoria. Nihil, n. homini em-  
 ditione congruentius, nihil magis ex usu, nihil quod amo-  
 rum in rebus uel aduersis iacentem magis erigat ac solent  
 uel secundis quiescentem magis iuuat, anænet, exornat.  
 Hæc hominem uerè hominem reddit, uerè opulentum, uerè  
 re nobile uerè scelicè, ut quæ nullas rerū uices, nullas  
 antis oīa fortunæ reformidet imperiū. Huic nullæ opes, nulli  
 thesauri, nulla deniq; æquāda terrena possessio. Nam cetera  
 diuitiæ q̄libet preciosæ et immodicæ cōmuni mutationi ac in-  
 cōsistuntini rerum omnium subiacēt et hoc noīe incerte futuri  
 & instabiles atq; tā ablatu faciles q̄ difficiles partu. Erui-  
 tio uero fideli magistrorum opera semel menti humane in-  
 ferta nūq̄ possessore suū deserit, nullam uel furum uel lum-  
 nū uel ipsius temporis quoq; qd̄ nihil nō mutat & affert.  
 uim iniuriæ uel pertimescens. Vnde scite et erudite Socrates  
 ἡγοῦ τῶν ἀκουεμάτων πολλά πολλῶν εἶναι χεῖρα  
 κρείττω. τὰ μὲν γὰρ τὰ χεῖρος ἀπολείπει, τὰ δὲ πάντα τῶν  
 χρόνον παραμένει. σοφία γὰρ μόνη τῶν κτημάτων ἀθά-  
 νατον. Neq; mirū id cuiq; uideri debet. Nā quæ admodū cor-  
 poris cōmoda simul cū corpore mortali pereūt, ita bona si-  
 simul cū animo immortalisūt immortalia. Id qd̄ euidenter  
 bis præbet iudiciū, animum humanū esse rem simplicē, spi-  
 tualem, puram & in morem uitri pellucidam, susceptiuā  
 men multarum qualitātū, quæ impressæ in illa cerni non  
 sunt, nisi ab hoc terrestri corpore separata. Tunc enim uel  
 ti positus ex uiuis nudus apparet animus & quidquid per  
 omniem hanc mortalem uitam uel boni uel mali peregerit

Socrates



esse ceu in tabula depictum ostendit. Est igitur simile ueri,  
 animos humanos corpore egressos mox primo intuitu, boni  
 an mali sint, esse cognobiles. Ferunt enim secum certas &  
 indelebiles notas uite quolibet modo praestae. Et pios quidē  
 ut uirtutibus excultos illustres admodum esse atq; praecela-  
 tos constat, quemadmodū & ē diuerso impios ut omnibus ul-  
 tiorum & flagitiorum sordibus contaminatos, immundos  
 & Aethyopico nigrore quodā tenebrosos. Proinde scire de  
 bonis nostrae salutis plurimū interfuturum, si animum eru-  
 ditione & uirtute q̄ accuratissimē excoluerimus. Verū quā-  
 do tantum bonum cura magistri opam uix aut nunq̄ datur  
 mortalibus, danda est in primis diligens opera studiosis ado-  
 lescentibus, ne magistros electuri errore capiamur & incia-  
 dam in aliquos iter nitentibus ad eruditionis germanae glori-  
 am obsepturos potius q̄ patefacturos. Certē consulto erit  
 opus ac fauore diuino, ut contingant uiri uoto pares, nempe  
 non tam uerbo & lingua potentes q̄ doctrina & pijs Chri-  
 stianisq; moribus praediti. Sunt enim hodie magistri complu-  
 res, qui discipulos remittunt in patriam dimidio stultiores q̄  
 accipiunt. Sectari tales periculosum, declinare in tanta fre-  
 quētia difficile. Opae precium tamē est, ut specimen capiatur  
 ex ipsorū uel dictis uel factis uel discipulis. Nā artifex qualis  
 sit, ex opibus cognoscitur, atq; eruditionē doctōris ex discipu-  
 lorū p̄fectu cōiectaueris, quādoq; coniectare licet ut sit op-  
 timus magister, quisq; optimos habuerit discipulos. Huius rei  
 rationē habuit illustrissimus heros ac dux Bauariae Bilhel-  
 mus q̄ i bello paucis ante annis cū Vdalricho duce Birtteber-  
 gensi gesto, quū ciuitatē Sueuiae quampiā, ubi tū forte fortuna  
 na uir eruditissimus Iohan. Capnion uitam agebat, expug-  
 naturus aruis cinxisset, priusq̄ admoueret muris exercitiū



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

honestissimis litteris euocauit ipsam & cum parte copiarum  
 ne à quoquam uiolaretur misit Ingolstadium, in qua is urbe  
 ditissimo didactro quotannis accepto ad ultimam senectutem  
 usq; litteras Græcas & Hebræas professus haud uulgariter  
 inclaruit. Hoc tam rarum, tamq; præclarum principis no-  
 stri facinus quot uerbis? quantis præconijs extulisset uer-  
 stas? Nimirum & nostra protulit ætas rosam inter spina-  
 Nam quum hodiè nusq; non fastidio sine litteræ & principis  
 magis expilandis intenti sint q̄ erudiendis populis, ueni-  
 uentus est Bilhelmus noster qui & quantum debetur eru-  
 tioni tribueret honoris & non minus animis Bavarorum  
 ocium & litteras q̄ corporibus pacem & comestam pro-  
 uideret. Caterum homo Christianus meminisse debet, ut  
 quæ didicerit esse referenda ad cultum pietatis & augmen-  
 gloriam Christi. Sunt autem quædam discipline, quæ mo-  
 diocriter degustatæ Christianismo non perinde repugnant,  
 sed & usui sint interim & haud uulgari commodo. Sunt  
 item, quæ si nimio plus operæ in eis posueris non minus di-  
 trimenti afferant q̄ emolumenti. Examine ergo re ipsa huma-  
 nitatis et eruditionis electioris amator et præcipuâ opâ præ-  
 cipuæ disciplinæ accommodet, ne uidelicet bonas horas male co-  
 locatas ac uitam ociosè & infructuosè transactâ nõ sine in-  
 genti atq; cruciabili pœnitudine olim deploret. In somnia  
 quis citra iacturâ inutiliter ludendæ operæ maturo noscedo  
 sariû puto adolescentulis, nihil plus asserre ad inuiculi ætas  
 prouectis appetentibus eruditionis Christianæ solidâ & in-  
 umbratilè & inanè gloriâ q̄ linguarû peritiam, maxie  
 Latine, Græcæ Hebraicæ, sine quibus nullus erit mihi con-

Summatuſ theologuſ. Ignoratio ſcripturarũ, ignoratio Chri-  
 ſti eſt, inq̄ Hieronymuſ. Et recte ſane. Nam niſi ſacraſ no-  
 uerimus literaſ Chriſtũ noſſe nõ poſſumus. Porro re ipſa quo Hierony.  
 tidie cõperio neminẽ q̄libet ingenuſũ citra peritiam lingua  
 rũ uel Græcæ nouũ uel Hebraicæ uetus inſtrumẽtũ intellige  
 re poſſe. Niſi. n. q̄s utrũq; in ſuapte lingua, qua primituſ tra-  
 ditũ ſcriptũq; eſt et legat et itelligat, iter tã uariaſ ac discrepã  
 tes iterpretatiões fluctuaſ multuſ implicetur errorib; neceſ  
 ſe eſt, quando nulla lingua tã foeliciter trãſferri poteſt à quo  
 quã in aliã, quin alicubi uel deſit aliquid uel ſuſſit. Adde qd  
 haud parũ multa ſunt in utraq; lingua, quæ ſine uel oratio-  
 nis dignitate leſa uel ipſarũ quoq; ſententiã apta uiolatiõẽ  
 in Latinã uerti nequeant. Vis huiuſ rei fidẽ tibi ſirei? Accede  
 Græculum aliquẽ ac pete, ut orationem dominicã ad uerbũ  
 tibi uertat ex Græco in Latinũ cũ ſuiſ articuliſ, & ſimul ro-  
 ga, ut accuratius aliquãto q̄buſ panis quotidianuſ & qd ſig-  
 nificantibuſ uocabuliſ apud Græcoſ exprimatũ, uel tu poti-  
 uſ ipſe, ſi uacat, rẽ apud authoreſ eccleſiaſticiſ Cyprianuſ,  
 Hieronymuſ, Ambroſiuſ, Auguſtinũ & alioſ utriuſq; lin-  
 guæ gnaroſ inquire & liquidò me uerũ dicere cõprobabiſ.  
 Viſ idẽ noſſe de lingua Hebraica? Promam ſpeciminiſ aliq̄d  
 ex initio Geneſeoſ, qd' quum & à Iudeiſ & à noſtriſ cõcor-  
 di conſenſu transferatur, In principio creauit deuſ cœlũ &  
 terram, & recte quidẽ transferatur, in Hebræo tamẽ eſt, quo  
 plus aliquanto moueatur lector q̄ in Latino. Nam ubi apud  
 nos deuſ, in Hebræo Elohim ponitur. Quo uocabulo ut plu-  
 ratiui numeri non tam deuſ q̄ dii quoq; ſignificantur. Et cer-  
 te nõ inopia linguæ ſanctæ id uocabuli hoc loco poſitũ crede-  
 re debemus, quæ iudicio meo diuitior eſt q̄ Latina & ut in

Gene. 1

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

nitit & reclamantibus Græcis dicā, q̄ Græca quoq; Aium  
 eruditores Hebræorū spiritū sanctū hoc uocabulo trinitati  
 uenerande subindicare uoluisse mysterium. Præterea ubi in  
 Latino cœlū in Hebræo Schamaim ponitur, qd' et ipsū plu-  
 ratiui est numeri. Sed neq; id prætereundū, qd' apud Hebræ-  
 os nomina ista cœlū & terrā prepositos habēt articulos,  
 q̄; duplices. Ex quò & alterū aperitur mysteriū ab eruditi-  
 ribus, nempe in principio id est primū omnū ante omne  
 di huius tēpus non tam hoc sensibile cœlū & hanc terram  
 sibile q̄ iusibile illā, quam i uiuorū regione mites posside-  
 & inconspicuos illos & sensibus humanis impenetrabiles  
 cœlos creatos nimirum de quibus dicitur, Videbo cœlos  
 tuos, opus digitorū tuorū. Videbo inq̄ propheta, nō uide-  
 Et alibi apte distinctionē faciens inter cœlos illos & firmamē-  
 tū uisibile, quod & ipsū cœlū uocatur, Cœli enarratū. Tu  
 q̄t, gloriā dei & opus manuum eius nunciat firmamētū. Tu  
 ceo qd' in sacris litteris nō uerba modo singula pōderādā, sed  
 sed ipsorum quoq; ordo uerborum sacramētis nō uacet, qd'  
 in uersionibus linguarum nō inuertere impossibile est. Hanc  
 paucis annotare placuit, ne studiosi adulescentes philo-  
 Christianā ē q̄buslibet hauriēdā lacunis putēt, sed ut manū  
 ad ipsos properēt fontes. tametsi qd' inter fontes & lacunas  
 intersit q̄libet uel mediocriter eruditus intelligere poterit.

De Pompeia Sabina Neronis uxore, & nō esse Christianā  
 hoīs uel fucare faciē uel formæ studere. Cap. II

**P**ompeiam Sabinam Neronis uxorē fama est lacte lo-  
 uisse asinino candoris corpori cōciliandi gratia, ut  
 hoc noīc nunq̄ nō in expedito habuisse asinarū greges copio-  
 sum lac quotidianis lauacris ministratiū. Prodiit itē ser-  
 ures eandem iumētis deliciaribus ex auro inuāse salē

David.



ne opinor arte pdigendi auri cederet marito, q̄ authore Trā  
 quillo recti aurato piscatus est. Genuina mulieribus est ambi-  
 tio placēdi uiris & formæ uel fucatæ uēditatio. Atq; egrē in-  
 uenias, quæ nō prius habeat studium parādæ pulchritudinis  
 q̄ seruandi pudoris rationē, adeo, ut nōnullæ fama ambigūe  
 honestatis piclitari malint q̄ obiectæ deformitatis labe asper-  
 g. Vnde uulgò nulla re uidemus æquē iuuari mulieres ac  
 laudē uenustatis, nulla rursus p̄inde ringi & in rabiē agi atq;  
 si uel uetulas dixeris uel parum formosas. Neq; n. est ulla tā  
 deformis, quæ non insigniter speciosa sibi uideatur, quando  
 oēs pari ambitu formosæ nomen ad se rapiunt. Hanc ob cau-  
 sam dote naturali nō contentæ formā genitiuā arte & medi-  
 camine locupletare solēt. Præterea si quid uel ætate uel mor-  
 bo uenustatis defloruerit, id fūco ascititio subinde redintegra-  
 re nituntur, nimirum pallorem febrium & senectutis rugas  
 dolis ac technis palliaturæ, nō tamē p̄inde scēliciter succeden-  
 te conatu. Nam haud facile texeris qd' ipsa natura ducit in-  
 aptum. Scitē admodum & p̄ q̄ festiue, qsq; ille sit Lucilius.

Lucilius:

Τὸ κεφάλιν βαπτεις, τὸ δὲ γῆρας οὐποτε βάψας,  
 οὐδὲ παρειαῶν ρυτίδας ἔκτανύσεις.  
 οὐδὲ τοῖνον τὸ πρόσωπον ἅπαν ψιμύθῳ κατὰπλαψῆ,  
 ὥστε προσώπειον καὶ οὐχὶ πρόσωπον ἔχειν.  
 οὐδ' ἐν γὰρ πλεονῆσι, τι μενέαι, οὐποτε φῦκος  
 ἢ ψιμυθος τεύξει τῷ ἐκάβλω ἔλενω. Hoc uicij quō  
 dā apud Christianos graui p̄bro habebatur et idcirco totū  
 id hoīū pditorū, nepe scortorū et meretricū erat. At hodie ne  
 scias scēminis an uiris priorib; sit fāliari; . Certē uitio nō, da-  
 tur si præter naturā q̄s i decoris colorib; fucet faciē, sed titulo  
 cult; lautioris et mūdici ei prætextu honestati etiā iūgitur. Tē-  
 perabit, si q̄ mihi audierit, ab usu ei; rei frequentiore nō solū



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

qđ sit inhonestus et religioni Christianæ contrarius, sed qđ etiā fevorē aīe ac detū, aurū, oculorū, toti qđ; capitis morbes conciliet, aperiatq; fenestrā nō parūā futuræ uel apoplexiæ uel paralyſi uel frenesi uel spasmō uel alijs cerebri neruorū uicijs ac pestibus, eoq; magis, quo ea quibus utuntur maiora fuerint acuminis. Sunt, qui hæc & alia corporis ornamenta exquisitiora nobilibus et optimatibus ceu dignitati et gratiæ augendæ apposita aliquō usq; concedenda putent, plebei uero & uulgaribus uelut à Christiana pietate uarianta nomen. Ceterū nō uideo quur nobilitati liceat qđ nō licet populo quū Christus, p oīb; ex æquo sit natus, pass; mortuus. Den tamē ingenuē oībus, qbus Christi placita sordent siue nobilibus seu plebeis licere oīa, quæcunq; licent filijs diaboli. Non potest conuenire luci cum tenebris, Christo cū Belial, populo dei cū populo Satana. Sunt. n. dissimiles ac specie, habitu, re, uoce & ope plurimū discrepant. Qui Christi sūt, christi præcepta sectantur, pallent, infirmitatē, dolent, ieiunāt, uocantur, pauperescunt ac cæteris subsunt potius & ancillam qđ dominantur, parati nihil non arūnarum, nihil non fructuum atq; periculorū subire p tuēdis & obeūdis christi præceptis. Qui diaboli sūt in hoc mūdo cū diabolo regnāt, præſūt, timescunt, piguescūt, nitēt, rubēt et nullis nō delicijs & uoluptatibus p oēm uitā immorantur & immoriūtur. Proinde qđ corpora sua sagināt & studio parādæ formæ inueni placere mōdo uolūt, quiq; auro & argento quo quo modo parto pōt & strepitū diuitiarū uenditāt, tales uel ipsa facie indicāt quorū partiū sint & à Christo ne stent an à diabolo. Qui christi esse cupit et Christianæ salutis particeps debet ea uia, qua christus iēssit et ipse iēdere, alioq; frustra sibi placebit aſcē

Christianæ religionis titulo, qui ætatem omnē trāsigit in opibus diaboli, siue nobilis ille fuerit seu plebeius. Non enim omnes qui Christiani dicuntur, Christiani sunt. Neq; omnes, qui in Christi nomine baptizati fuerint, sed qui Christi præcepta factis expleuerint salui erunt. Ex quo emergit nobis certa & euidens regula dinoscēdi oues Christi, ab hircis et hœdis diaboli. Circūferat q̄s oculos et uidebit quantulus grex Christi sit, quàm ingens & numerosus & multiplex diaboli? Quotus quisq; Christum plures facit opibus temporarijs? Quotus quisq; non uocabulo tenus Christianus? Neq; dubito, quin chorus dyuastarum nostri seculi & optimatum nobiliūq; omnium in ultimo illo iudicio totus egregiè barbatus conspiciatur & idcirco hœdibus animis propugnant & exequuntur, ut non à Christo ad protegendam sed ab ipso Satana ad expilandam & lacerandam ecclesiam Dei ordinati uideantur. Falluntur igitur qui Deum peccatis potentium parsurum existimant & paupeꝝ errata punitorum, tanq̄ respicientem personas & fauore humano muneribusq; corruptibilem. Imò cuiuscunq; uel generis uel conditionis quis fuerit, nisi desipere desinat et ab inquinatis moribus factisq; iniquis abstat, sentiet procul dubio iudicem Christum nihilo segnius iustum esse in impios q̄ in pios misericordem. Stultum est, hominē Christianum ob res fluxas atq; caducas æternæ felicitatis iacturam facere, longè tamen stultissimum, ob studium rei omnium leuissimæ, curandæ formæ uidelicet & uultus uenustandi. Vnde grauius et ut Christianū episcopū decuit Gregorius Nazanzenus in Maximum Cynicum philosophum. οὐδέ σὺ

Gregori.

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

σφραγῶν μοι καὶ σαρκότερον ἡδὺ θεάμα εἶδεν  
καὶ πολιὰς ἐπέθηκε σοι καὶ ὠχρότητας, ἵνα πεισθῆς  
γούῳ εἶναι σωετός καὶ φιλόσοφος. Constat enim, imo  
liquidò cōstat, oēs, quotquot corpori uacant & eius ornātū  
culcū immodicè delicatū & superuacaneū prae se ferūt, quā  
exquisitiore cura elegantiam & uenustatē captant, hoc esse  
uirtutis & sapientiae minoris. Delirant utiq; Suffeni nobilitate  
atq; insaniūt insani mundi huius insatiati praestigijs, neq; se  
pra carnē sapere quidpiā neq; praeter pecuniā carnis utilitatem  
boni aliquid intelligere possunt, nimirū nihil aliud hō  
minē esse arbitrātes q̄ id quod carnalib. cernūt oculis, Quā  
re nemo miretur, si homines carnales atq; terrenū uelut uerū  
hominē comant & modis omnib. exornent. Hoc admodū  
dignū est, quod discipuli Satanae Christi sectatores uerū  
uari uelint, & ij quidem inculpabiles, quum uita & ueritas  
ipsorū tā procul absint à Christo q̄ ab occidente distat orbes.  
Sciat ergo sexus uterq; non esse eiusdē hominis capillos cal  
lamistrare & obseruare praēcepta euangelica, succare facie  
& germanū Christianū agere, collū torquibus auricis ornare  
& sectari uestigia Christi, comere corpus & animū uirtu  
tibus exornare. Deniq; esse impossibile, ut is, qui facit opus  
diaboli fiat pmissionū dominicarū particeps. Par est. n. ut si  
quisq; mercedē expectet ab eo, cui locauit operam, à Christo  
qui Christo, à diabolo qui diabolo.

DE PHILETA COO, ITEM VIRO ERVDITO TE  
nes repertum, idq; totum in ecclesiae uel profectum  
uel oruatum uertendum. Cap. III.





Philetas Cocus grammaticus atq; poeta  
idemq; præceptor Ptolomæi Phila-  
delphi tam tenuis fuisse corporis ac  
tam prodigiosæ teneritudinis leuita-  
tisq; traditur, ut sit calceamenti plu-  
bium assuere coactus, ne tolleretur et  
raperetur à uentis. Hominis humani

ac probè atq; liberaliter eruditi est nosse quidqd fuerit insig-  
ne apud authores isignes repertū, etiā si qua sint supra ueri-  
fidè prodita, quādo bona eruditiois humanæ pars fabulis et  
hyperbolis ueterū cōstat. Vnde consulere boni lector candi-  
dus et modestus debet, si inter cætera hisce inserta libris ficta  
quoq; et uero parū cōcinentia offenderit. Nō. n. est fabula ul-  
la tam absurda, neq; tam inepta hyperbole, quin uel facienti  
uel saltē dicenti aliqua ex parte prosit, modo ea dextrè atq;  
scitè ut arc. Si historia idcirco magni sit atq; digna lectu sci-  
tiq; habetur, qd' rerū gestarū documentis mortales instruit  
redditq; ad quæuis uitæ negotia solertiores, profectò eā lit-  
terarū humanarum portionem, quæ apologis & fabulis &  
alijs id genus hyperbolis, usibus ancillatur humanis parum  
prudenter spreueris, quandoquidē felicibus & generosis in-  
genijs nō minus exemplorū atq; documentorum præbuerit  
fabula doctè & ingeniose cōmenta q̄ uel quālibet fidei specta-  
te historia. Subscribit huic sententiæ consensus doctissimorū  
rum uirorum, apud quos uidemus non incelebriorem Ho-  
meri & Virgilij quā Thucydidis & Liuij memoriam.  
Iam si Polypheum Cyclopa illum Homericū demiramur  
cui inaudite & monstrosæ uastitatis & magnitudinis homi-  
nē quæ Philetas noster nō uideatur dignus memoratu nō



## CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM.

mirum q̄ corporis tenuitate (siue re uera hæc tradantur seu  
 ὑπεβολικῶς) non modo sui sæculi homines, sed pygmaei  
 quoq; omnes exceſſerit? Cæterum si quis è Samuelibus illi  
 tetricis & seueris obstrepat atq; contendat hominem Chri-  
 stianum consultius in sacris litteris quàm in Pætaram & Hi-  
 storiorum quorundam parũ ad fidem scribentium signifi-  
 cantis & nugamentis etatem transigere, cum hoc ego nõ mag-  
 nopere pugnabo. Atq; utinam orbis totus spretis nugis &  
 mundi huius ineptijs uni Christo uacet. Verum quem unum  
 unicuiq; datum sit, ut mundo cum suis bonis contempto  
 nostri Seruatoris insistant uestigijs, ut nusquam & nusquam  
 orbitet, neq; Deus ciuilem & sobrium & laudatis moribus  
 decorum hominum conuictum auersetur, non uideo quid pe-  
 riculi fuerit litteras humanas uirtutis & morum ciuiliũ  
 parentes addiscere, maxime si hoc discantur anima, ut non  
 humane cupiditatis explenda sed promouenda pietatis Chri-  
 stianæ destinentur ministerio, atq; id quidem sanctissimorum  
 in ecclesia uirorum & instituto & exemplo? Et Philoſo-  
 phus quidem noster plumbo soleis addito sese librabat aduersus  
 uentorum procellas & impetus, at uir bonus & Christi-  
 ana mente præditus prudentiæ & fidei pondere sese sabur-  
 rat & sulcit aduersus impotentes & importunas uitiorũ  
 moniorũq; turbines, neq; statim ineptam & nihili ducit  
 quid uel speciem habet fabule uel mendacij præ se fert imagi-  
 nem, sed quidquid rerum insignium atq; frugiferarum re-  
 perit etiam apud ethnicos, hoc totum affert & ueritatem  
 cõmunẽ ecclesiæ pfectũ tum ad amplificandam modis om-  
 nibus & illustrandam gloriam Christi. Sed aliàs de his  
 propediem susius. Non enim uni loco conueniunt omnia.

DE LVICIO NERATIO, CVM EXHORTATIONE ad Christianam liberorum educationē.

## Cap. III.



V. Neratio homini insigniter temerario atq; improbo uoluptati fuit ingenui cuiusq; os et faciē alapis inuadere atq; euerberare. Et quando ob eam iniuriam secundū xij. tabulas quinq; & uiginti assium damnabatur, nusq; non præsens aderat seruus cum reser-

uasset, multatitiam illam pecuniam sine mora numeraret. Qui ex destinato peccant & innocentissimo cuiq; nulla necessitate periculoue urgente uim faciunt atq; iniuriam, ij nõ possunt esse nõ corruptissimis hoies morib. Taliū Neratius non ster exemplū exhibet. Ceterū cogitanti mihi de inexplicabili & multiplici & miraculo tenus uaria humani generis natura præbita est hoc loco ansa pensitandi atq; demirandi quàm ob rem improborum & malorum hominū tam uberi ubiq; prouentus, proborum bonorumq; tanta sit raritas. Hec mecum animo contemplanti inter cætera subiit plurimum in utramq; partem habere momenti educationem liberorum. Meū enim sententia, ut quisq; optimè puer educatur, ita optimè quoq; adultus uiuit. Rursus quo quis in tenera etate habetur negligentius hoc in uirili degit illaudatius. Vnde grauitur apud Platonem hospes ille Atheniensis ad Plato. Cretensem Cliniam atq; circumspicte, κεφάλαιον δ'ἰν-quit, πρὸς εἰς λέγωμεν τῶν δεσπῶν τροφῶν. Porro educationis probæ non differenda sunt ad pueritiam usq; & à

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

magistris expectanda, ut mea fert opinio, sed statim in infantia etiam ab ipsis parentibus iacienda fundamenta. Nos enim tam ad artium studia quam ad emulationem uirtutis preparati sumus liberi. Nullae artes, nullae disciplinae tantum sunt, ut bene mane felicitati aliquid germani afferant cōpedij, nisi morum innocentia et integritas uitae accesserit. Salus Christiana in tutibus, non litteris paratur. Et magistri sepe numero discipulis plus obsunt exemplis turpibus quam honestis disciplinis profuerint. dicat id et mores doctorum sinistros uellicat subinde Lucianus multis quod in locis, praecipue tamen in Lapithis, ubi quum

Lucianus.

primi nominis philosophos aliquot, uiros alioque fortasse non inuictos et leuiculis et quauis muscerda uilioribus rebus impellere uoluerit atque cōcedere inter se primum, deinde et probra spergere ac tandem conferere manus quoque; uidisset, re indignatus, illud plurimorum sermone celebratum tacitus uoluebat dicere

ὡς οὐδ' ἐρ' ὄφελος ἢ π' ἄρα ἐπίσταται τὰ μαθημάτων.  
Εἰ μὲν τις καὶ τὸν εἶον ζυθμίζει πρὸς τὸ βέλτιον.

Nisi igitur ab infantia quae educetur obseruatur et laudabiliter atque eius indoles ad quodlibet institutum flexilis adhuc et sperata quae amore probitatis imbuatur, haud facile grandis tantum in te assequetur, quibus uirum integrum et uerae pietatis cultorem praeditum esse uirtutibus par est. Etenim neglectum in pueris haud temere sarties in adultis. In quod latus declinare cupis arborem flectendus est surculus. Annosa arbor, quod aiunt, raro feliciter transplantabitur. Parum denique capax erit uirtutum, quae multo iam tempore insueuit uitij. Sit ergo prima cura parentibus, ut liberari statim a primis cunabulis, optimis assuescant. Penetrantiora non sunt ac pertinacissime inhaerent, quae rudibus, adhuc et in teneris annis infuderis. Optimum autem est, ut modis omnibus



Pietatē flectatur et ad cultū dei reddatur q̄ ad mūdi strepitū  
 inclinationes. Est, n̄ spes certa, ut ex piē educatis pueris uiri  
 optimi euadant. Præcipuē tamē cauendū, ne instituto præpo-  
 sito ab ijs, quos benē uiuendi exēplo esse cōueniebat, malē  
 uiuere discant. Nā haud rarō filios malē dictata parentum  
 in truijs balbutire audias. At nō magistro erat opus mali-  
 tie, que suapte natura nusq̄ non ritu infælicis lolij, luxuriat.  
 Quin iam dudū uitū & sine præceptore discitur. Certē sa-  
 tius foret nō educare q̄ in cōtūmeliā dei & hoīm educare li-  
 beros. Non igitur liberos habere, sed bonos & Christianē  
 institutos liberos habere laudi est. Neq; multū retulerit ge-  
 nuisse, nisi erudire et bonos reddere curas. Hanc ob causam  
 nō minore cura patres pij studere debent erudiendis filiorū  
 aijs q̄ alendis corporib. Quidqd. n. a filijs peccatū fuerit, quē  
 admodū ait Origenes, eius totius ratio exigetur à parentib.  
 q̄ ipsos nō uel erudierint uel castigarint. Exēplo talib. esse po-  
 terit Eli cū suis filijs. Sic. n. dominus ad Samuelē, iuxta ueri-  
 tatē Hebraicā. In die illa suscitabo sup Eli oīa, que sum locus  
 tue aduersus domū eius incipiēdo & cōplendo. Et indicabo  
 ei, quia ego iudico domū eius usq; ī seculū, ob iniquitatē quā  
 fecerunt ei, quia contemnebant seipsos (hoc est malē agebant) fi-  
 lij eius & nō prohibuit eos. Et propterea iuravi domui Eli.  
 Nō expiabitur iniquitas domus Eli in sacrificio et ī oblatiōe  
 uig; in seculū. Hæc adieci, ut palā sit oib. nō carituros paren-  
 tes uel mercede si benē uel poena si pperā liberos educauerit  
 Ceterū nō me præterit esse difficilis opæ, opinionē falsā &  
 morē iā diu inueteratū errātib. de præcordijs reuellere, id qd̄  
 ego nō tā conor q̄ humanæ prauitatis totius fontē et semina-  
 riā apire. Neq; opinor, lōgē aberrare me à scopo dixerit le-  
 ctor prius

Origenes

1. Reg. 3.



## CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

dens, modo quæ dicam accurato contempletur animo. Atque  
 utinam quidquid est hoc mali tam facile auertere quam uer-  
 re ostendere queam. Sunt id temporis plures omni numero  
 sapientiores, quemadmodum sibi met ipsi persuadent, omni  
 sapientia, qui summum hominis bonum potentia & auro  
 fœdis corporis uoluptatibus metiuntur, homines morosi, pro-  
 fracti & in sententia qualibet semel placita perpetuo inuolun-  
 tes. Hi spretis aliorum bene consultis pecuniæ & uirtutis  
 gratia nihil non & faciunt & patiuntur, simulq; quemad-  
 modum ipsi in morem talparum uitam omnem in & in  
 terra exigunt, ita ut filij quoq; uiuant uolunt. Hoc nomi-  
 tametsi fortasse non defuerint inter pueros, qui sine uel diu-  
 na benignitate uel ipsa natura duce ad pietatem & immu-  
 tiam propensi, parentum tamen peruersis & impijs mori-  
 bus trahuntur in omnem impietatem & iniusticiam. Sicut  
 enim, imò nusquam non sunt, qui liberos tantum non impio-  
 tes, immaculatos & columbinis animis commendatos ex  
 adhuc in medio uirtutis & uitij collimitio constitutos ex  
 plis pariter ac præceptis in suos mores rapiunt auerunt  
 à recto, & nisi paruerint additis minis atq; conuitijs immo-  
 rigeros uocant & ineptos degeneresq; utpote qui fraudum  
 & imposturarum indociles minus optato sunt appositum  
 quouis modo parandas diuitias. Hanc ego præcipuam  
 adeo principem causam existimo deprauandi generis huma-  
 ni. Nam hoc pacto pura illa & hæcenus peccandi uel  
 ingenia ante diem fauore nudantur diuino & si quid  
 tualium dotium possederint eo toto irreuerabiliter orbem  
 tur, sitq; non raro, ut quemadmodum parentes egregie  
 dam & breuia numerum uentrisq; seruitia exiterint.

liberi quoq; haud impiora reddantur mancipia diaboli. Id quod mirum non est. Natura enim quod aiunt, patrem referre sua proles, maxime si addatur paternis moribus par ecatio. Hoc quis miretur multo iustius, cuiusnā uidelicet merito aut patrociniō fiat ut deus, q̄ iust⁹ iudex unicuiq; p̄ bene maleūc nauatis operis debitam rependit mercedē tot fraudes tot periuria, tot furti, sacrilegia, expilationes, adulteria, stupra & alia id genus uitia et flagitia infinita in Christianae religionis contemptum ac dedecus à parentibus pariter & liberis perpetrata non uel fulmine horrendo uel bello insigni uel exitiosa pestilentia uel ingenti aliquo & repentino terrore hiatu puniat, perdat, absorbeat. Vnde non est, ut mirearis malitiam humanam, est ut obstupescas clementiam & bonitatem diuinam, quae differēdo iudicium uocat mortales ad resipiscēciam. Scio haud parum multos hoc loco obstrepituros, causaturosq; humana se necessitate adigi quoties Christianismi limites excesserint. Hoc enim pestifero semper crimine genus laborat humanum, ut excusare magis uelit q̄ confiteri peccata sua. Secordis est, inquit, uictum à uicinis emendicare. Stulti ab alio petere qd̄ ipse parare possis. Prouidi, recōdere estate, quo hyeme fruare. Satis rogatorum habemus. Desidia doctore non eget. Adolescente pigro nihil turpius. Patere sene nihil miserior. Praeterea humanum est peccare. Et qui homo est peccator est. Deus autem misericors. Sudandū erogo & congerendum, quidqd̄ hominum usui necessariū uideatur. Audenti deus opitulatur. Otiosus nemo, quāuis deū in ore habeat, uictū sibi parauerit. Hec & his paria occinere solent, q̄ chariorem habent corporū curam q̄ salutem animarum. Et serenda quidem essent, quae dicunt uiri isti tā sapien-

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

tes & mirabiles, nisi decuplo peius quam loquuntur agere.  
 Suae tamen, ut sapiant aliquam uolo modestius & quatenus  
 pietatis Christianae cultoribus hoc uti mundo liceat experiri  
 dant. Aduena sumus atq; peregrini, non habitatores terrae.  
 Neq; eadem licent homini Christiano, quae ethnico. Qui  
 uult esse Christianus, Christum sequatur. Qui Christo non  
 dedit, operae precium est, ut Christo digna operetur. Qui  
 lum sperat, terrae renunciet oportet. Terreni terrenis  
 ctemur, coelestes coelestia. Nemo caelo aptus est, qui terrenis  
 coelestibus praetulerit. Nemo Christianus est, apud quem Plus  
 tus Christo praeponderat. Adhaec fas non est homini Chris-  
 stiano, patrocinio uesandarum cupiditatum & saginandi cor-  
 poris praetextu conculcare atq; temerare praepcepta domi-  
 nica, quae iubent ne simus plus nimio de uictu tempo-  
 rario curiosi quemadmodum gentes mundi solent, maxime  
 quum simul patri coelesti ceu prudenti dissipatori curae  
 esse doceant. Neq; tam turpe est emendicare q̄ turpiter por-  
 rare uictum. Neq; uirum bonum & reuera Christianum pau-  
 pertatis honestae pudet. Neq; infamiae cuiq̄ esse debet pau-  
 pertas, quae tot sanctissimis uiris gloriae fuit. Vix uobis scilicet  
 uidetur uel inter mundi homines Cresus an Solon? Alexan-  
 der an Diogenes? Curius an Crassus? Certè melius est hominem  
 Christianum cum paupere Christo pauperem esse in hoc mundo  
 q̄ fluxis & momentaneis diuitijs conspicuum haberi, quam  
 diuitiae neq; sine peccato parari neq; cum uirtute possideri po-  
 sunt. Caeterum sudandum utiq; nobis est et modis oibus curandum  
 non solum ut corporibus nostris necessaria cum dei fauore suppedita-  
 mus, sed ut in fratres quoq; simus benefici. Non tamen ita  
 gladium susserim congerendis opibus, ut ex aliorum diffiden-



nostrū augeamus cōpendiū. Non ita insaniendum, ut calcata  
 Christi fide ipsi nobis erigamus idolū & numū in arca repo-  
 sitū instar dei colamus & adoremus. Breuiter ita agendū et  
 uiuendum p̄ omnem etatē nobis omnibus arbitror, ut uerbū  
 dei & institutionē euangelicā priorē habeamus ac potiorē  
 oībus totius huius mundi ornāmētis, omnibus uoluptatibus,  
 oībus regnis, imperijs, thesauris, diuitijs atq; delicijs. Hoc  
 q̄ si faciunt Christiani faciunt. Qui uero uerbis Christi mun-  
 di gloriam anteponūt, ipsi uiderint quales Christiani sint.  
 Professō Christianū & Christi esse discipulum & euangeli-  
 ce doctrine obseruantiſsimū oportet. Ex his omnibus liquet  
 q̄ difficile sit fieri Christianū citra educationē Christianam,  
 neq; nihil esse miri, qđ mali bonos, improbi probos et nume-  
 ro & multitudine incōparabiliter superant, quandoqđ p̄-  
 tinus cum usu rationis uitiorum quoq; abusum à progenito-  
 ribus ceu per manus traditū p̄modum omnes arripimus.  
 Qui aut̄ hoc tempore rectam educationem dono diuino fue-  
 rit sortitus & abiectis prauis mundi huius erroribus in dei  
 & proximi dilectione uera uixerit, is reuera Rara auis in  
 terris, alioq; sanillima coruo est.

DE CLEMENTIA THEODOSII IVNIORIS CVM  
 exhortatione ad eandem. Cap. V

**T**heodosius iunior imp̄itor Romanus tā comibus ac  
 placidis fuit morib; ut laudati p̄cipis nomē adeptus  
 haud idcorū clemētie exemplū posteris reliquerit. Is cuidā  
 ex amicis p̄cōtati quur obrectatorū et inīcorū neminē ultio  
 cōdenaret supplicio? Vtinā, inqt uel mortuos mihi i lucē hāc  
 reuocare liceret. Pulchrum est, peccare posse & sine peccā



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

to uiuere. Arduum tamen in magna peccandi licentia finis  
 equitatis nō excedere, eò quòd illicitum ingens exerceat in  
 pbitatis & iniquè agendi incitabilū haud dubiè maximum  
 ipsa potentia est. Qui igitur potestate & opibus insignitus  
 excellit et simul à uicijs tēperat, is nō potest nō esse uir mag-  
 nus & sapiens. Etenim quum genus humanū sua spōte pro-  
 num sit ad malum, adeò ut pleriq; uel minis pœnarum ag-  
 absterreantur à flagitijs, utiq; impunitate scelerū redduntur  
 ad peccandum procliuiosiores. Est autem res impense piculosa  
 posse qd' non licet, eū, qui nihil non licere sibi existimat.

**Aristote.** λεπωτάτη γὰρ, inquit Aristoteles, ἀδίκη αἰχμαλωτῶν αἰσθη-  
 Exemplo sunt tot iam Tiberij, Caij, Claudij, Neronis, Dom-  
 ciani, Commodi & oēs, quicumq; uel cœcuciant fortunā

**Demosth.** modicis uel nimia dementantur potentia. Nā homines tempo-  
 rarij & ueræ eruditōis expertes quo plus possunt, hoc sa-  
 nocētiores. Quare haud inscitè neq; falso Demosthenes, τῶν  
 γὰρ εὖ πρῶτον, inquit, παρὰ τὴν ἀξίαν ἀφορμὴν τοῦ νό-  
 κῶς φροῦνεν τοῖς ἀνοήτοις γίνεταί. Et uereor sane, ut pla-  
 satis uerū nōnunq̄ repiatur, qd' uulgo dici solet, Qui pluri-  
 mū possūt minimū sapiūt. Certè plerosq; ob unius uerbi libe-  
 rius emissi et iterim fortasse à mēdacibus delatoribus confis-  
 rumorē incertū furere & summa imis miscere subināe uolū-  
 nis. Cōueniebat aut̄ uiros graues & cordatos, quales huius  
 ri uolunt oēs mundi principes maioris esse animi q̄ ut quilibet  
 libet à quolibet cōmentis ac delatis fumis cōmoti i i somer-  
 riter & fontes desēuirent. Multos. n. atrocitatis pœnitenti-  
 clementiæ nullos. Iam si sunt, qui monarchis & opimatis  
 martialē uocē, frontē caperata, saestuolum incessū, aditū diffi-  
 lē, impiosa et supba respōsa cōgruere putent, magisq; totū

uelint ac terrore q̄ amore & beneficētia præesse populis, hī  
sciāt longē ab ipsorū opinione diuersum sentire Theocritum Theocri-  
qui Ptolomæum suum eiusmodi honestauit elogio.

Εὐγνώμων, φιλόμωρος, ἔξωτικός, εἰς ἄκρον ἄδ' ὕψ  
Εἰδὼς τὸν φιλέοντα, τὸν οὐ φιλέοντ' ἐτι μάλλον  
πολλοῖς πολλὰ δ' ἰδὼς, αἰτεῦμενος οὐκ ἀναγέυων,  
Οἶα χεῖ βασιλῆϊ, αἰτεῖν δὲ δ' αἰ' οὐκ ἐπὶ παντί.

In huius sententiā pedib9 it optimorū tot9 ille atq; sapiētissimo  
rū scriptorū chorus. Homerus Vlyssē suū idētīdē πολὺτλαυ  
τα, hoc est insigniter patientē uocat, Virgilius Aeneā piūm,  
Plin9 Troianū ob lenitatē et mores ciuiles optimū. Isocrates

Nicoclē regē ad humanitatē in primis ac ciuium amorē hor  
tatur. Xenophon Cyrum suum totum in amicis parādis oc  
cupatū cōmemorat. Hæc paulo cōsideratius expēdētisatis atq;

te liquebit præcipuo et usui et ornamento esse uiris primarijs  
cupatū cōmemorat. Hæc paulo cōsideratius expēdētisatis atq;  
te liquebit præcipuo et usui et ornamento esse uiris primarijs  
tum clemētiae fuisse cultorē sed ex industria tāte uirtuti dedif  
se diligentē opā, quando à tot egregijs authoribus, qui sum-

ma sapiētia frati ceteris foeliciter gubernāda multitudinis  
cipibus. Hortatur huc Gregorius Nazanzenus in oratiōe  
quādā ad impatorē habita his uerbis. A deo, inq̄t, tibi ī hoies  
uenia uitæ & potestas mortis idulta est, gladiusq; tibi datus,

nō tam ut operis q̄ ut cōmineris. Quem utinam ceu deposi-  
tum quoddā incruentū & impollutum restituas cōmendātī.  
Et aliquāto inferius. Possibile tibi est ò impator, inquit, fieri  
deum. si tamē nō elatiōe sed imitatiōe cupias fieri deus. Alij

ad hoc ueniunt uendētes oīa bona sua & pauperibus erogā  
tes. Alij membra sua mortificātes quæ sunt sup̄ terram & p

Gregori:

M. J. J. J.

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

pter Christum se mundo crucifigentes. Alij deo filios uocant.  
 Non enim dubito notum esse tibi Abrahami sacrificium, quod  
 proptius unicum filiū obtulit deo q̄ prius ab illo acceptum.  
 A te autem o imperator nihil horum exoptimus, sed pro  
 omnibus clementia utere & misericordia in subiectos, quod  
 bus delectatur deus plus q̄ omnibus ceteris. Hoc manus pri-  
 prium offer deo. Hec sit oblatio tua immaculata p̄ quam  
 ga te quoq; simili modo prouocas clementiam dei. Hec illi  
 Ceterum quis animis humanis colende clementie studium  
 uel efficacius infuderit uel infusum largus auxerit ipso Cri-  
 sto, qui ait, Discite à me, quia mansuetus sum & haumilis cor-  
 de? Neq; enim est, q̄ et summis pariter et infimis equisimilis  
 tabilis. Discant igitur, qui populis præsunt atq; amore Cri-  
 sti in omnes amore suo in subditos equare studeant. Nam  
 quemadmodū Christus totius mūdi princeps clementissimus  
 est & munificētissimus gubernator, ita principes terrarum  
 quisq; genti præsiciuntur, non ut expilent, seuiant, occidant,  
 sed ut Christi imitatores boni suos ament, propugnent, ser-  
 ces reddant. Et uidetur sanè esse Christiani principis, prae-  
 re id, quod quondam non pauci præsiterunt ethnici. Multi  
 fuerunt tum apud Romanos tum apud Barbaros, qui salutem  
 subditorum suam posthabuerunt. Multi ut reipub. angere  
 neglexerunt priuatam. Multi ut imminens malum ab sub-  
 auerterent semet extremis periculis obiecerunt. Vnde &

Xenophō.

Xenophon ille Socraticus de Agesilao Lacedaemoniarum  
 rege ita scribit, βασιλέως ἀγαθοῦ τούτο ἔργον ἐστίν, ἵνα  
 τὸ τοὺς ἀρχομένους ὡς πλεῖστα ἀγαθὰ ποιῆν. Hec ad-  
 dere uolui, ut pudeat aliquando ignauie sue Christianos  
 cunq; uirtute gentibus cedūt. Turpe sanè est, nos ab ijs, quos  
 nostris benefactis ad Christi fidem alluci per fuerat, uirtutem



incitamenta capere, & quum optimæ uitæ doctorem Christi-  
 stum habeas benè uiuendi formulam discere ab ethnicis. Sed  
 quid facias, quando tempora nostra ita ferunt & mores ho-  
 minum, præcipue magnatum et aulicorum, quibus nihil ma-  
 gis sordet quàm quiddam Christum redoluerit? Timendum  
 certè, ne quorū sit præire uirtute atq; dictis & factis Chris-  
 tianissimi sinceri ceu facem præferre subditis ipsi flagitiorum  
 & malorum omnium, quibus orbis iam uexatur, doctores  
 & architecti quidā reperiuntur. Vtcunq; tamen res habet,  
 princeps Christianus euangelium Christi ceu speculum tene-  
 re manibus debet & secundū eius præscriptum iudicare &  
 agere quiddam uel agit uel iudicat. Hoc facturis futurū spō-  
 deo, ut non minus posteri ab ipsis olim capiant exemplū be-  
 nè uiuendi quā nunc ipsi capiunt a maioribus. Tales enim oēs  
 tantum abest ut sint suis oneri, ut etiam ipsum Theodosium  
 uirtute supergressi non solum ignoscant inimicis ex animo,  
 sed eos etiam affatu miti prosequantur & beneficio, iuxta  
 præceptum dominicam.

De Vibio Gallo & consuetudinē diurnam in na-  
 turam abire. Cap. VI

**V**ibius Gallus γελωτοποιός referēdis moribus fa-  
 tuorū atq; simulādæ stultitiæ artificio aures et oculos  
 populi pascere solebat. Is dū supra modū huic  
 rei uacat & usu perpetuo personatum agit fatuum, eò tā-  
 dem fatuitatis deuenit, ut mixtis cum corrupta ratione  
 sensibus uerè iā blax effectus quamlibet stolidos moriones de-  
 mente captos insania superauerit. Consuetudo diurna  
 frequenti exercitio & usu longo roborata in naturam  
 abiit. siue bona illa fuerit seu mala. Hanc ob rem haud parui



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

referre uidetur, quo quis pacto à puero instituat. Nā tale  
ferē reddimur qualibus ab initio fuerimus assuefacti. Cōper-  
tum ē cū, qui puer litterato & erudito magistro sit usus per  
omnem deinceps uitā fore ad mores humanos & sapientiā  
uirtutisq; studia p̄pensiorem. Cōtra si q̄s in tenera aetate  
tibus friuolis & icēptis imbuat īgeniū, hunc raro ad bonā  
gē aspiraturū nemo dubitet. Diuersa. n. educatio diuersos mo-  
res p̄ducit. Atq; suo quisq; ingenio trahitur, quō uel à pu-  
rentibus fuerit uel à magistris initio declinatus. Qui igitur  
statim à pueritia ad usum & exercitium rerum utilium &  
honestarū transferuntur, non est possibile, quin usu eiusmodi  
di simul cū aetate aucto hoīes & utiles & honesti admodum  
euadant. Qui uero indulgentius educantur & in moribus  
uestriū arborum sine cura cultuq; grādesunt, tales huius  
dubiē mundi huius erroribus et imposturis corrupti in cō-  
stultitiā, iniusticiā, impietatemq; prolabantur. Vnde ne  
reris, si tātū stultorū edat orbis, quū nihil rariius uideat uel  
educatione. Hoc tamen mirabile, inueniri, qui stulticiū  
mirentur & pluris faciant quā sapientiā, malintq; la-  
berī stulti ac deridiculi moriones quā graues & uenero-  
biles Christiani. Extremæ fatuitatis est, hominem debili-  
opera studere stulticiā, quæ miseros mortales ultrò uel non  
accersita nusquam non persequitur. Vernat hoc hoīm genū  
atq; floret nostro seculo ut nullo magis alio utpote quo ui-  
demus plenas planis & scurris et sannionibus aulas regum  
ac dominorum terræ. Fatui fatuis delectantur, ait promer-  
um. Hoc si uerum est, quis dubitet quā sapientiā regatur  
bis? Nimirum talibus cōuictoribus utuntur mundi dynasti  
sū talibus disputāt philosophis, cū talibus doctoribus atq; cū

sultorib. iocatur, cõuiuatur, nepotatur, ut itelligas cuius suū  
 potissimum studio iustitium otiumq; dedicent. Quasi uero  
 etas ac tempus, quo nihil cordatis præciosius, perdi aliter  
 nequeat, nisi teratur audiendis spectandisq; fatuorum &  
 ludionum ineptijs. Tales & germanæ felicitatis auidissimos  
 quosq; uolo admonitos hoc disticho, quod ego domi meæ lit  
 teris maiusculis descriptum semper ob oculos habere sum so  
 litus.

Fac uias, uita uolat irreuocabile tempus.

Non uixit, quisquis non bene uixit, homo.

Hoc, inquam, disticho excitare me met ipse soleo ad labores  
 literarios, nimirum cui sine sacris litteris uita omnis mors  
 uidetur. In his enim cum Deo conuersamur, cum Deo loqui  
 mur, in his uoluntatem eius discimus, ipsum uidemus, tangi  
 mus, complectimur, in his deniq; re uera quid nostra sit sa  
 lus, quid regnum cœlesti, quid ipse Deus cognoscimus. In  
 hoc igitur incumbere debemus quicumq; Christiani nominis  
 titulo gloriamur, in hoc totis uiribus niti, ut auersantes iocos  
 illiberales & scurriles omne genus ineptias in mandatis do  
 mini discendis & exequendis uitam omnem transigamus,  
 haud ignari nihil aliud nos hinc asportaturos uiatice, quo in  
 futuro seculo perfruamur quàm si quid in hoc fecerimus bo  
 ni operis. Et ut summam rem ingentem paucis uerbis in  
 cludam.

Sola Deo seruire salus, ne fallere lector,  
 Cetera non minimi sunt facienda pili.

CAPADOCAS OBLATAM A ROMA  
 nis libertatem repudiasse, & prestare modico rerum statu  
 esse contentū q̄ supra modum fortunis affluere. Cap. VII.

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM



Apadoes oblatam quondam a Ro-  
 manis ex amicitia contracta doro-  
 ni perinde quasi rem inuidiosam  
 & intolerabilem auersati sunt atq;  
 regem poposcerunt. Demirati uero  
 Romani esse, qui libertatem asperna-  
 rentur, fecerunt ipsis copiam delige-  
 di regis pro arbitrio. Delegerunt autem  
 Præstat nonnunq̃ tenui & modico rerum statu esse contentum q̃ supra modum fortunis affluere. Nō enim omnib; uolū-  
 est libertas. Non omnibus potentia conducit. Non omnib;  
 opes cōmodo sunt. Mundana felicitas multos habet insidias  
 tores, neq; minore conatu retinetur q̃ paratur. Magna scilicet  
 citudine parantur opes & imperia, maiore tanē possiden-  
 tur. Cuius rei faciunt fidem Croesi, Alexandri, Darij, Celsi  
 res, pompeii & alij eius farinae sexcenti, quibus omnibus &  
 opes imodice & immodica regnandi libido maturam peri-  
 niciem exitiūq; attulere. Nam utrumlibet haud citra perni-  
 lum contingit & magnas possidere opes & magnas præse-  
 imperijs. Vnde opulentissimus quisq; irrequietissime uiu-  
 Spinosæ. n. sunt ac plenæ curarū aculeis diuitiæ, nimirū qua-  
 plus timoris exhibent ne amittantur parte q̃ ab initio ui-  
 rentur sudoris & molestiæ. Idem dixeris de satrapis & re-  
 gibus mundi. Optabilior igitur me iudice honesta pauper-  
 tas & priuatus & modicus rerū status cū tranquillitate an-  
 mi q̃ cū perturbatione & metu ingens opulentiæ atq; potes-  
 tia. Subscribit huic opinioni Lyricus Horatius his uerbis.

Horatius Beatus ille qui procul negotijs.  
 Ut prisca gens mortalium,



Paterna rura bobus exercet suis,  
Solutus omni foenere.

Nec excitatur classico miles truci,  
Nec horret iratum mare,

Forumq; uitat & superba ciuium  
Potentiorum limina.

Subscribit etiã Lyricorũ omnium princeps Pindarus hoc mō.

Ἴν' ἐντα δ' εἶτις ὄλοισι  
ἀφει, ἐξαρκέει κτεάτεσσιν, καὶ  
ἐλογίει τ' ἔπος θείης, μὴ ματεύ  
σθ' θιός γενέσθαι.

Pindarus

Taliũ ergo uirorũ Capadocũq; & nos utamur cõsilio atq;  
animi cupiditates indomitas & nunq̃ nõ in perniciẽ nostrã

exastuantes coërceamus, id quod, si quos alios decet, in pri  
mis utiq; Christo credentiũ officium est. Sũma. n. libertas est

homini Christiano seruire Christo. Sũma potẽtia, oĩb. esse sub  
iectum pro Christo. Sũma opulencia, opes oēs in Christi nos

mane fratrib. egenis expendere. Nõ est index certior homi  
nis & gratia uacui diuina & uersutia malitiãq; diabolica

circumuenti q̃ ferox & superbus & habendi dominãdiq; su  
pra modũ cupidus animus. Rursus nihil magis arguit inhabi  
tantem in homine spiritũ sanctũ q̃ quies & humilitas & hu

lus totius mundi strepitus contemptus.

DE Hadriano imperatore & ipsius liberto, præterea bo  
nũ esse, ut suo quisq; fungatur officio. Cap. VIII.

**H** Adrianus princeps Ro. uidens olim libertũ suũ in  
ter duos senatores mediũ incedere, protinus misit, q̃

instingeret ei colaphum, his uerbis adiectis. Ne inter  
cor impudens deambulaueris, quorũ seruus etiã nũ cẽ possis.



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

Hoc exemplo sui quisq; admonetur officij. Ceterum Hadriano haud dubie iam dudum opus erat aliquo, qui in suam quocumque classem uel colaphis ageret. Nemo enim hoc tempore sua conditionis meminit. Neminem suae non piget sortis. Nemo non immodica & altiora se appetit. Rustici delicias urbanas & elegantiam ciuilem aemulantur. Ciues nobilitatis ambitum splendorem. Nobiles principum magnificentiam passim uendant. Principes ne in ordine coacti uel subditis pares putentur uel parum prestantiores, necessario et ipsi uictum cultumq; occupant Christiana modestia maiorem, adnitentes totis uiribus ut quemadmodum potentia excellunt, ita & luxu & aetate & omni profusionum & uitiorum genere inter caeteros emineant. Et licet nemo fere non extra nidum pennas extendat, rarusq; admodum reperiatur, qui non officio delectatur, adeo ut nullus non sexus, nullus non ordo, praeseferat plura audacia quam pudoris, praecipue tamen curru bouem trahere uidetur, quoties uel sacris initiati profana uel profana uel ecclesiasticos & sacerdotes cudere numos, opes congerere, mercaturae dare operam, conducere stipendio milites, exercitus cogere, cingere urbes obsidione, regiones uastare, subigere armis & ui populos & impiissimum atq; uolentissimum quemq; ethnicum cura & sollicitudine mundanarum rerum anteire. Neq; nefas habetur si homines profani & militares & longae belli tumultibus quam negotijs Christi aptiores futurum tutelaris iuris titulo praesint presbyterorum collegijs, ecclesiam agant ecclesiarum, pecuniam uel sibus ecclesiasticis conferatam in usus profanos uertant, rem fidei Christianae arbitratu suo uel uolent uel statuant uel augeant uel imminuant.

Et miramur quam ob rem tot iam calamitatibus orbis uexetur ac toties fames famem, pestilentia pestilentiam resequatur. Sunt, qui uarietati naturæ & uicissitudini rerum id cause tribuant. Sunt, qui ascribant hominum ignauia atq; praesertim errorem. Sunt etiam, qui astris referant acceptum. Quid erratis miseri? Vltio diuina est, impijs & sceleratis actibus nostris debita. Quot animas perditas arbitremur? quot perituras tam preposteris moribus, tam peruersis exemplis uiciorum Christi? Vtinam functionem annuuciandi euangelij curandarumq; quod aiunt, animarum nunquam attingerent, quicumq; mundi huius negotijs intenti uel pastores agunt uel doctores ecclesiasticos. Satius enim foret eos inter profanos uitam agere priuatam & securam in delicijs quam Euangelici ministerij munus cum tanto & suo et omnium obire periculo. Rursus quot expilationes? quot sacrificia fieri putemus quotidie ab istiusmodi ecclesiarum tutoribus ac dispensatoribus, qui à puero aliud nihil didicere quam rapere & occidere? Verum quid hæc miramur? quum aduersusq; nihil iam discriminis habeatur inter sacrum & profanum, ut ipsi monarchæ dynastæq; Christiani propemodum omnes à sacro manus non abstineant, sed pecuniam suppellectilemq; prius quam ulli hostes ab ecclesijs direptam intumultus bellicos expendant, specioso quidem prætextu defendendæ communis pacis, facto autem & exemplo Deus nouit quam bono. Vt cætera taceam, certè Deo dicatum in usus profanos transferre fas non est. Neq; decet ut pecunia ad cultum diuinum atq; inopiam pauperum subleuandam destinata fiat occasio fundendi uel humani uel Christiani sanguinis. Neq; cum illis sentio, qui quolibet modo partam

## CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

probant uictoriam. Nam in conflictationibus humanis melius est uinci præcepto dei seruato quàm transgresso uincere. Præcepto autem Christus iubet, non ut oppugnemus & interficiamus inimicos ob res fluxas & momentaneas, maxime si Christiani sint, sed ut amemus & beneficijs delectemur, tantum abest ut mala malis rependere debeamus uel laceßiti. Ex quo liquet, Christianis esse scuto magis opus quàm gladio. Reuera enim Christiani uicti uincunt, uictores uincuntur, neq; salubrius uincere possunt quàm sub gladio tuendæ pietatis euangelicæ fuerint iniuriam atq; contumeliam passi. Has labe, has uomicas & reipub. Christianæ ulcera idcirco indicare uolui, ut correptiones diuinæ & uirgam Dei ceu clementis ac pij patris filios erudire scelerentis æquo feramus animo atq; oculos tandem aperire possimus Christo simul & huius mundi ineptijs. Male fidimus perituris opibus, qui soli Deo fidere iubemur. Male spem nostram ponimus in raptores publicos & homicidas milites, qui Deum debemus habere & spem & scutum & unicum nostrum refugium. Apertius loquar. Non sumus Christiani, quicumq; spreto Euangelio legibus & institutibus uiuunt gentilium, etiam si Christianissimi uocentur.

### DE LEGE AMASIDIS REGIS AEGYPTI,

& leges Christianorum esse præcepta dominica. Cap. IX.



Ex Aegyptiorum Amasis legem tulit, qui sua quisq; uitæ quotannis cogebatur apud præsidium præsidium rationem reddere atq; planam



secere, quo uel instituto uel opificio & se & suos aleret. Eadem lege cauebatur, ut audientes quidem dicto & integritatem suam atq; innocentiam famæ et morum testimonio comprobantes forent salui, rebelles autem & iniusti & quolibet genere fraudium deprehensi rem familiarem parare morte poenas luerent.

Hanc legem Solon ab Aegyptijs, ad quos arcana sapientiæ uestigatum uenerat, accepit & suis postea inter cæteras quoq; tulit Atheniensibus, qui illam ut insigniter salutarem ac plenam compertæ utilitatis summam cum obseruantia custodierunt. Leges feruntur in hoc, ut communi mortalium quieti atq; felicitati consula-

tur. Est igitur legislatoris optimi cuiusq; hunc spectare scopum, ut leges perinde quasi semitæ quædam compendariæ cives breuiter & recta ducant ad reuera felicitis uitæ possessionem. Hæc enim finis esse ac fructus debet & legum & rerum publicarum omnium. Sine legibus autem populos uel regere

uolunt uel regi non est possibile. Imò compertum habemus nationes & urbes hoc ferè esse feliciores, quo legibus fuerint usæ melioribus. Tales enim sunt respublicæ, qualibus legibus gubernantur. Vnde perquam scite Demosthenes, οἱ νόμοι,

Demosthe. τῆς πόλεως ψυχὴ. ὡς εἰς ἃ τὸ σῶμα σεκεθὲρ ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος καὶ πόλις μὴ ὄντων νόμων κατὰ φύσιν. Cæterum leges ferre commodas & utiles, quæ felicitate germana & non mentita et imaginaria populos bene non hominis cuiuslibet esse puto, sed eruditi & boni & quæ

quid ipsa sit felicitas, haud ignari. Falluntur, qui opulentia atq; potentia uim fortunandi respublicas tribuunt & huc dirigunt leges & institutiones omnes, ut modis omnibus conuerrantur pecunie, imperia proferantur, referantur



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM.

tiantur æraria ueftigalibus, ac populi cumulatiſſimè opulenti  
ſcant. Falluntur, inquam, & ab itinere querendæ ueræ ſæluti  
citatatis non mediocriter exorbitant. Nam hoc errore quibus  
quid eſt uſquàm ueræ uirtutis, id totum eſt ciuitatibus riuuatis.  
Non enim fieri poteſt, ut ibi colatur uirtus, ubi ueneratur  
pecunia eſt. Iam uero ubi pecunia primas tenet, ibi neceſſe  
eſt ut ob continuum et ardens ditescendi ſtudium aſſimulata  
ta ſyncero Chriſtianismo contraria & inter primas ſtruitur  
atq; circumſcriptiones doſe, corrupta iudicia, ſententia  
uenales, nundinationes honorum, calumnie, liuore, mendacia,  
omnia impietas. Præterea quum nemo non ad diuitias ualeat  
cunq; congerendas tanq̃ ad ſummum bonum per æquas per  
iniqua properet & illæ uel alioqui cæcæ & (iuxta ſententiam  
ſeruatoris) iniquæ citra iniuriam & malum proximi  
neq; parari neq; poſſideri poſſint, manifeſtum eſt eos omnes  
iniuſtitie nota contaminatum iri quicumq; impenſus opibus  
ſuerint ſtudioſi, contaminatiſſimos autem fore ac peſſimos  
qui ſtudioſiſſimi atq; ditiſſimi, ut haud inepte Plato dixit  
ualde diuites non eſſe bonos. Quid uero comperta ſelicitatis  
præ ſe tulerit ea ciuitas, in qua uir bonus & iuſtus non  
nemo uel admodum rarus reperiatur? Virtutibus paratis  
non uitæ uera ſelicitas. Et hi, qui ciuitatem bene latis legibus  
inſtitutam inhabitant, ciues debent eſſe cœleſtes etiam  
in terris. Altius igitur animi cogitatus attollat, ac uiciniſ  
tis limet aciem oportet, quiſquis legibus haud inſtructoſis  
lit reipub. ſuæ conſultum. Certè in rebus fluxis & momentaneis  
taneis nihil germanæ ſelicitatis querendum. Lubricæ ſunt  
opes, lubricæ poteſtates atq; inſtabiles. Opes inmodice  
multæ

Plato.

multos in exitium traxerunt. Magnæ potestates magnis ca-  
 sibus subiacent, plenæ timoris & quotidiane sollicitudinis.  
 Caduca est et quolibet momento uariabilis omnis mundana  
 præstantia. Non potest esse diuturnum quidquid rerum hu-  
 manarum excellit. Terrena bona in morem arboreorum  
 fructuum, quo auctiora euaserint, hoc sunt ad casum & in-  
 teritum procliuora. Exemplo sunt opulentissimæ quæq; ac  
 potentissimæ urbes & populi, in primis uerò Athenienses,  
 Lacedæmonij, Carthaginenses atq; adeò ipsi Romani, quo-  
 rum omnium respublicas modicus rerum status & honesta  
 paupertas sceleriter aluit, opulentia luxus & auaritiæ ma-  
 ter & nihil non audēs potentia partim funditus euerit, parti  
 im mutauit, ut haud falsò dixerint cū Virgiliano Othryada.

Uenit summa dies & ineluctabile tempus  
 Dardaniæ, fuimus Troes, fuit Ilium & ingens  
 Gloria Teucrorum, ferus omnia Iupiter Argos

Virgilius

Transiit.  
 horum casus uel tardissimo cuiq; persuaserit humana omnia  
 quamlibet fortia, quamlibet in speciem superba & magnifi-  
 ca, esse fragilia & momentanea. Est enim hoc insignis opu-  
 lentia quasi peculiare, ut quemadmodum citra respectum iu-  
 stitiæ pietatisq; congeritur, ita occasione quamlibet leui ac te-  
 nui subito dissipetur. Id quòd nemo mirari debet. Nam for-  
 tuna, qua munera sua temeritate largitur, eadem & auferit.  
 Ceterum ne in re confessa utamur superfluis & ad rem ip-  
 sam nostra festinet oratio, sceleritatis nostra omnis unus Chri-  
 stus est. Hic ad Chæstianam condendam rempub. è cælis p-  
 factus leges nobis attulit uerbis descriptas paucis quidem  
 sed efficacissimis & infinitæ uirtutis, nimirum uiuis & spi-

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

ritu potentibus & quæ sui studiosis dubio procul afferat  
 manam & nullo æuo desuaturam foelicitatem. Vnde sapienter  
 merito demirari soleo haud mediocriter eos, qui Christianam  
 religione turgidi salutiferis Christi præceptis posthabitis, in  
 suis rebus pub. utuntur nunc friuolis et amentibus auaritia  
 cuiusq; foeneratoris opinionibus nunc uiolentis & impijs  
 & nusquam non cum Cristo pugnantibus legibus ethnicorum  
 Quid. n. synceræ cõmoditatis attulerint homines uelut  
 & sordido quæstu infames, popinarij uoluptarij et qui pro  
 ter uinum & Venerem atq; quotidianas comesationes  
 hil boni uel nouere unq; uel didicere? Ad hæc qd plebi Chris-  
 tianæ cum Caijs, Scæuolis, Paulis, Vlpianis? Quid cõ-  
 tholis & Baldis? Quid cum Cicerone, Aristotele, Platone &  
 cæteris, qui scripserunt uel de legibus uel de rebus publicis  
 Num unus Christus Christianis non satis est? At Creçis lib-  
 niensibus fuit satis. Quid absurdis q̄ putare nõ posse Christi  
 quod & potuerunt & adhuc possunt homines? Quid enim  
 non potest, qui potest omnia? O miseri mortales, uidete quom-  
 nam demencie deuenerimus? Quidquid uel consul parum  
 sobrius uel ridiculus & insanus principis adulator aliquis  
 luxū et uiolentiam somniauerit, hoc pro lege sollicitè & re-  
 ligiosè obseruamus, Christi præcepta ne pili quidem scimus  
 & nihilo setius & esse uolumus & haberi Christiani. Re-  
 uera hoc tempore traditionibus humanis mādata diuina ex-  
 primimus, tot leges & edicta in Christianæ reipub. pnicem  
 alia sup alia accumulantes. Verū nõ multitudo sed bonitas  
 legum foelicitatē parit. Quis aut meliores uel tulerit uel ex-  
 cogitarit q̄ is, qui & solus uerè bonus est & omnis boni fo-



& author unicus? Furor est præferre dubia certis, uana ue-  
 ris, terrena cœlestibus, caduca æternis. Fascinatio diabolica,  
 probare decreta infœliciter sapientium hominum & sum-  
 mi Dei placita contemnere. Insanit, qui ui & uirtute huma-  
 na solidæ salutis aliquid parari posse putauerit. Sine Christo  
 sapientia omnis est stultia, uirtus omnis uitium, bonum om-  
 ne malum, fœlicitas omnis miseria. Nullus populus uerè fœ-  
 lix esse poterit, gens nulla beata, nisi cui præsit uerè Christi-  
 nus unum Dei uerbum cæteris & legibus & commentis hu-  
 manis omnibus anteponens. Nulla ciuitas carebit miseria, ni-  
 si quæ hoc mundo cum suis bonis & malis despecto spem suã  
 & fidutiam omnem in unum Christum coniecerit. Quan-  
 tum igitur absint à Christianæ reipub. germana institutione  
 illi, qui hodie & soli & ueri Christiani esse uolunt facile uel  
 mediocri Dei gratia illustratus æstimauerit? Ut autem nemo  
 non intelligat, quid ego de nostri temporis Christianismo sen-  
 tiam, prædictis illustrandæ rei gratia pauca subnectam. Ca-  
 lamitates & ærumnæ populorum circa leges defectum ar-  
 guunt. Nam uel perperam latas indicant uel negligenter ob-  
 seruatas, quorum alterum deliquio legislatorum alterum  
 populorum negligentie iure ascribitur. Christum legisla-  
 torem nostrum errasse citra blphemiam nemo dixerit.  
 Reliquum est, ut socordie nostræ detur quidquid erroris  
 contigerit. Porrò quot & quantis miserijs id temporis  
 premantur quicunq; CHRISTIANO censentur nomine  
 haud in obscuro est? Quis enim tot pestilentias? tot morbo-  
 rum letalium genera? tot discordias & bellorũ tumultus au-  
 diuit? Quis uidit tot fraudes, expilationes, iniurias,  
 cædes? Quis deniq; publicæ famis tantæ ac tam diu-



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

turnæ meminit? Volumus scire causam? Errauimus, reliquimus dominum, mandatis eius leges mandati prætulimus, nihil minus præstauimus quàm quæ in baptismo spondimus abiuimus, ut scriptura loquitur, ad deos alienos, idola nobis fecimus & adorauimus, hoc est, uerbo dei contempserimus & mores ethnicorum atq; opiniones hominum nobis asserimus, numum pro deo coluimus, omnem cultum & uenerationem, quæ creatori seruatoriq; nostro debebatur ad iniquas & corruptibiles transtulimus diuitias, ita ut inuisi unq; aliàs, nihil pluris fiat apud omnes uel summos uel infimos, uel sacros uel profanos quàm strepitus & pompa huius mundi, nihil magis iaceat, nihil habeatur uilius q̄ ipse cum suis mandatis Christus. Hæc quomodo ita sint, ut certe summi uari fuerit, si & nos dominus relinquat & nostris impietatibus & iniustitijs affligamur rixantes inter nos & uelut mente capti de rebus terrenis & nihili tanq̄ de summo bono concertantes, haud absimiles simijs pro proiectis in mundum nucibus inter se de pugnamibus? Hinc nobis quidquid in ecclesia mali perpetimur nascitur. Nam desertos & Christum p̄tinus maligni sp̄s circūsilium & nō modo instigant ad peccādum ac de flagitijs ad flagitia protrudunt, sed erantibus quoq; & uarijs morborum generibus onerant, cruciant, interficiunt, neq; quiescunt donec effosis cordis oculis & reditu ad Christum omnium præcluso deploratos ac perditos in famosum tandem illud & æternis ignibus estuans gehennæ baratrum præcipitent. Grauius profecto atq; obstinatius nec beatus martyr Cyprianus. Quæ est ista, inq̄t, obstinatio quæ uel præsumptio humanam traditionem diuinæ dispositioni antepone? nec animaduertere indignari & irasci Deū

Cyprianus

quoties diuina praecepta soluit & proterit humana traditio? Grauius ille quidem atq; Christianè. Nam si nemo mandata mundani principis alicuius impune contempserit aut aduolauerit, quanto accuratius mandata Dei custodire debemus inuiolata, scientes haud fore impunitam, quoties aliquid in illa uel addendo uel detrahendo uel mutando uel malignè torquendo in sensum diuersum uel omnino contemnendo fuerimus ausi? Hec ascribere uolui, ut curent, quorum id refert (quàmquid nullius non refert) ne purum & sinceram uerbum Dei traditionibus humanis uel adulteretur uel suffocetur. Nam incuria & oscitantia eorum, qui ecclesiae Christi praesunt, Christianismus iam propemodum ois abiit in detestabilem quandam & impiam gentilitatem, adeò usq; ut nemo se re habeatur Christianus, nisi qui Christo aduersissima & loquatur & operetur. Resipiscamus igitur agnoscentes peccata nostra & Christum, cui uni dedimus nominem unum sectemur. Non potest errare, cuius dux fuerit ueritas. Veritas non ducit in errores sed ab eis liberat. Christi praecepta nobis leges et iura sint. His inuigilemus, his pareamus, in his otium, in his negotium, ois labor, ois quies, omnis uigilia nostra, somnusq; reponatur. Nullus foelicioior populus, nulla respub. beatioior quàm quae praecepta domini studiosissime atq; accuratissime obseruauerit. Fingatur ciuitas decretis euangelicis instituta & habitatores eius non ciues sed fratres dixerit. Quid admirabilius? quid pulchrius? quid sanctius hac ciuitate, in qua uerbum Dei consulem agit, ciues obedienter imperata faciunt, pietatem in primis colunt, certant inter se beneficentia, rem non tam priuatam quàm communem curant oes, non paupertas honori est, dedecori opulètia, uoluptas pro-

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

laudi frugalitas & uirtus oīs, præterea ubi magni parui summi infimi, domini serui, ubi nullus ambitus, nullū studium pecunie, nulla rerum fluxarum sollicitudo, nulla fraus, nulla suspicio, nullus metus, nulla iniuria, sed oīa plena honestatis, plena modestiæ, temperantiæ, frugalitatis, tranquillitatis, gratiæ diuinæ. Talis ciuitas neq; Satani insidijs neq; hominum potentia uolentiaq; expugnabilis uidetur, siquē & ipsū deū habet ppugnatorē atq; ἀλεξικακον, & pecuniā, de qua oīs mortalibus est cōcertatio, neq; magnopere miratur neq; multā possidet, nimirū cōtenta paucis, que singuli quotidiano labore in cōmune parauerint. Quod si aduersarius tempestatis fuerit nōnihil aut piculi cominatus, tamē cōsolata promissa & adiuta suppetijs diuinis calamitatē necessitatēq; oīm superabit. Meo tamē iudicio neminē tā trucē repias, neminē tā barbaram & omnis humanitatis expertē, q̄ tā quicto & innocenti & paupertino populo malē uelit, ne dicā faciat. Ferri minē ledentibus, iuuantibus oēs uel malū struat uel exitium. Iam uero si fuerint, qui comendant haud paruum multa esse apud ethnicos à Christo nō uariantiā, cum his ego non magnopere pugnabo. Nam ueritas est ueritas uel apud ethnicos. Hoc quoq; nomine neq; institutiones illorum & leges, que cumq; Christo consonant, statim repudiauē. Inter quas et illam Aegyptij Amasidis legem prædictam paucis immutata uis nemo credo sacrarum litterarum paulo eruditior nō probauerit. Hec tamen cura est atq; cautio semper adhibenda, ut nihil à quoq; in usū Christianū recipiatur, nisi ad amplexum euāgelicā cōsideratissimē correctū. Sciendū itē institutionē oīm parū successuram quilibet etiā præclarā atq; diuinā, nisi primoros ciuitatis & legū cōmuniū fuerint obseruantiā



Et edito specimine uirtutis Christianæ atq; exemplo ipso  
 plebem accuratissimè bene uiuere docuerint. Nā quemadmo  
 dum uita primatum insigniter obsunt, ita psunt insigniter  
 uirtutes. Duccm strenuum et impigrum nemo non strenuè  
 et impigrè sequitur. Neq; facilius retinetur populus in offi  
 cio q̄ si qui præsunt inter primos fuerint officiosi. Omnino  
 enim mores popluorum cōponūtur ad mores gubernantiū.

Nouit id uel ethnicus Isocrates ita scribens ad regem Cyprio Isocrates.

Nicodem. Μη τους μὲν ἄλλους ἀξίου κοσμίως ζῆν,  
 τοὺς δὲ βασιλέας ἀτάκτως, ἀλλὰ τὴν σεαυτοῦ σωφρο  
 σάλῳ παράδειγμα τοῖς ἄλλοις καθίσκη; γινώσκων ὅτι

Aristoteles, cuius de rebus pub. libro secūdo hæc uer  
 ba sūt, ὅτι δ' ἂν ὑπολάβῃ τιμιον εἶναι τὸ κύριον, ἀνάγκη

Nouit idē et M. Tullius Cice. q̄ libro de legibus tertio hūc in Cicero.

modū scribit. Ego aut̄ iqt, nobiliū uita uictuq; mutato mores

mutari ciuitatū puto, Quo p̄niciosi de repub. merētur uitio

si p̄ncipes q̄ nō solū uitia cōcipiūt ipsi sed ea ifundūt i ciuita  
 te, neq; solū obsunt, q̄ illi ipsi corrūpūtur sed etiā q̄, corrup  
 tū plusq; exemplo q̄ peccato nocēt. Hæc ob causā idē Tullius

paulo supius de uiris primoribus et q̄ senatorij sūt ordinis le  
 gē uelie his uerbis. Is ordo uicio caret, cæteris specimē esto.

Nā ut cupiditate p̄ncipū, iqt, et uitijis infici solet tota ciui  
 tas, sic emēdari et corrigi cōtinētia. Hic ē, qd' diuino quoq; Pe  
 tro p̄ficiēter admodū hortatur p̄sbyteros et gregis domū

a pastores ut bene uiuēdi formā exhibeāt et exēplū suis ouili  
 bus. Et apostolus Paulus ad Timoth. suū τύπος, iqt, γίνου τῶν

π̄σῶν ἐν λόγῳ, ἐν ἀναστροφῇ ἐν ἀγάπῃ, ἐν πνεύματι, ἐν

1. Petri 5:

1. Timo. 4

N



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

3. Timo.

πιστῆ, ἐν ἀγνείᾳ. Et hoc ipsum agens in eadē epistola, quā  
 reipub. Christiane depingeret episcopū, totā Ciceronis legē  
 illā significatissimis uerbis expressit. δὲ οὐδ' ἴκιν, τὸ ἔργον  
 κοποῦ ἀνεπιληπτοῦ εἶναι, καὶ τὰ λοιπὰ. Quae uerba  
 licet hodie planē contempta iaceant ac pendantur nibili, ego  
 tamen adcoſq; obseruatu necessaria non solū in deligenti  
 episcopis, uerumetiam in consulibus ac praesidibus principu  
 busq; ciuitatum & regionum existimo, ut citra ipsorum re  
 spectum conatus refartendi ueri Christianismi omnis inopi  
 tus sit & in efficax euandusq; futurus. Adde & hoc uerū  
 nisi populorum et urbium gubernatores uerē Christiani fue  
 rint & euangelicā sapientiae studiosissimi, ita ut uerbū De  
 tis Christianis annunciandum commendem, nō est spes Chri  
 stianam repub. aliquando miseria carituram. Nihil enim  
 euangelico profectui tam obstat quā docendi uerbi diuini  
 ineptissimo cuiq; facta copia. Pudor ingens pariter & exor  
 crabile facinus est, tam sanctam & uenerabilem functionē  
 committere hominibus profanis, indoctis, impuris, quocirca  
 na temulentia, fornicatione notoria, auaritia plus q̄ gentili  
 nulla deniq; non uitae spurcitia, turpitudineq; famolis, quo  
 les hodie pastores atq; doctores ecclesiastici nūsq; fere non  
 uidentur, quos meo iudicio non alios elegerit in suam famu  
 litium uel ipse Satanas uel secundū Satanā quancūuis acer  
 aliquis honestatis & uirtutis omnis inimicus & hostis.

DE SEPTEM SPECTACVLIS MVNDI, ET CHR  
 stianorum esse, ut suas nō tam in terrena p̄fundant opes  
 in paupertate Christi erogent opes. Cap. X.



Septem spectacula mundi, quæ magna fama sparsim apud scriptores celebrantur ista sunt. Templum Dianæ Ephesiæ. Mausoleum, hoc est Mausolus regis Carie sepulchrū. Colossus Solis apud Rhodios. Simulachrū Iouis Olympici, quod Phidias fecit ex ebore. Muri Babylonis à Semiramide regina extructi. Pyramides in Aegypto. Domus Cyri Medorum regis, quæ Mēnon arte prodiga illagatis auro lapidib. fabricauit. Hæc Casiodorus. Grego. uero Nazanzē in Monodia quā in Basiliū Magnū cōscripsit, uehens laudibus magnificentiā & splendore xenodochij ab illo extructū hunc in modum de his differuit. Ego uero, inquit, locum hunc considerans magnitudine tanta nobilitatēq; conspicuū septem orbis miraculis haud inferiorem dixerim. Quorum primum Aegyp̄tiæ Thebæ sunt centum portis famigeratæ. Secundum muri Babylonis à Semiramide lateribus coctis & bitumine constructi, circuitu trecentorū stadiorū, latitudine cubitorum octoginta. Tertium in Caria regis Mausoli sepulchrum ab Arthemisia uxore edificatum. Quartum Pyramides in Aegypto, ab Iosepho Hebræo, quemadmodum quidam asserunt, ad frumenti conseruationem excitatæ, unde & nomē acceperunt. Pyros. n. triticū dicitur. Alij sepulchrum esse aiunt in ignis, quem Aegyp̄tij uenerantur, honorem extructa, & ob id ad similitudinem eius, in acutū forma quadrata tendere. Quintum in Rhodo colossus idolum Apollini sacrum. Quidam hunc æream columnā dicunt altam, auctore Aristotele, cubitis sexcentis. Sextum Capitoliū Romanorum. Septimum Hadriani templum in Cyzico.

Casiodo.

Grego.

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

Ex quibus certè omnibus nullū aliud authoribus commodū  
 quam breuem admodum & fragilem emeruisse uidemus  
 gloriam. Hactenus Gregorius. Hæc sunt septem illa mundi  
 spectacula seu miracula dicere mauius, nusquam non apud hi-  
 stóricos p̄betasq; ueteres decantata, de quibus hodie præter  
 inania nomina nihil est reliqui, ut intelligamus nihil posse  
 fieri uiribus humanis quod non conficiat uetustas. Audiant  
 hæc & incassum niti se discant principes ac domini terre,  
 qui insanis extructionibus æternam sui nominis celebritate  
 captant, tot sudores & expilationes pauperum in rem uan-  
 nam et quauis muscerda uiliore prodigentes. In arenâ ad-  
 ficiant & reti uentos uenantur, iuxta parœmiã, immo  
 ipsi rerum repugnant naturæ, qui lapidibus & lignis car-  
 risq; rebus terrestribus atq; caducis immutabilitatem æter-  
 nitatemq; induere contendunt. Aedificia magna ipsa mole  
 sua sese premunt & maturant ruinam, tantum abest ut lapsu-  
 sum occasumq; effugiant. In eos, qui talia moliuntur haud in-  
 eptè torqueas festiuum admodum scomma Leonardi Stagni  
 familiaris quondam nostri & in laboribus litterarijs indi-  
 uidui socij. Erat nobis Agrippinæ degentibus (nam in hac  
 urbe litteris dedimus operam) uicinus quidam insigni rari-  
 tudine laborans, qui dum famulum uel reuera surdastrum  
 uel malitia destinata, ut plerūq; fit, audita dissimulante matro-  
 re conatu interim q̄ uoce uocaret, succinere identidē solebat  
 ille perq̄ festiuè illud Satyrici. Quid miser exclamas quasi  
 Stentora uincere possis? Certè qui negotiū tā ingens ausibus  
 tā absurdis aggrediuntur nihil aliud agunt q̄ quod dū admi-  
 rabiles uolunt & sapientes uideri apud posteros suã tradunt  
 sunt insipientiã & stultitiã & apud presentes ferè semper

*Iuuenalis.*



& non raro apud posteros. Quid. n. stultius q̄ opes magnas  
 malo et incōmodo proximi congestas extructionib. inutilib.  
 & nemini profuturis profundere? Nimirum hoc est, quod  
 unguō dici solet, malè quæsita malè percūt. In eundem amen-  
 tie scopulum impingunt hac tempestate non solum reges et  
 monarchæ nonnulli, uerū etiā plerūq; ciuitates quoq; Chri-  
 stianæ, quæ de pecunia ecclesiarū, quæ Christo, id est paupe-  
 rib. erat eroganda, turres ingentes & altitudine & arte fa-  
 brilli cōspicuas extruunt, nō citra magnā quidē apud sapien-  
 tes nominis infamiā, maiorē tamē iacturā diuinæ gratiæ. Nā  
 id utiq; est, pecuniā Christi nō mō nō ad mensam dare, iuxta  
 parabolam Euangelicam, sed planè fodere in terram ac  
 perdere. Nō uideo quur probemus, imo nō uideo quur nō  
 uelut exitiosam pestē execremur abusum illū iudicio meo lō-  
 gē pestilentissimū, quo ecclesiarū carbonas totas exhauriri  
 ceruimus in ædificia superuacanea & imagines iconicas au-  
 rentes & argenteas uestesq; præter modū preciosas ac tabu-  
 las pictas neglectis atq; despectis, quibus solis debebatur qdqd  
 erat pecuniæ sacræ, infirmis & inopibus cæterisq; id genus  
 calamitosi & germanis mēbris Christi. Expendāt qd' agūt  
 episcopi ac populi, q' prouentus ecclesiasticos tā pperā, tāq;  
 præposterè dispensant. Nō, n. fieri possunt ista nō irato Deo,  
 hic esse puto, qd' sacræ ædes curiosius et sumptuosius q̄ chri-  
 stianæ modestiæ cōuenit extructæ tā crebris tangūtur fulmi-  
 nib. nimirū admonēte nos cœlitus numine diuino ut ab eius-  
 modi tēperemus ineptijs. Alēdos autē eē pauperes et subleuā-  
 dos oēs morbis calamitatib. q; oppressos ecclesiarū opib. mos  
 elocet uetustissimō primitiue ecclesiæ, quæ facile depræhēdas  
 quā ex aliorū scriptis ueterū tū ex diuī martyris Cypriani.



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM.

**Cypria n.** epistolis, præcipue de bistrione quodam, nisi artem suam de-  
 seruerit, excommunicando ita scribentis. Quod si penuriam  
 talis & necessitatem paupertatis obtendit, poterit inter cae-  
 teros, qui alimentis ecclesie sustinentur, huius quoque necessi-  
 tas adiuari, si tamē contentus sit frugalioribus & innocen-  
 tib. cibis. Et inferius aliquāto de eodē in eadē epistola. Quod  
 si inquit illic ecclesia non sufficit, ut laborantibus præstetur  
 tur alimenta, poterit se ad nos transferre & hic quod sibi  
 ad uictum atq; uestitum necessarium fuerit, accipere. Ex hoc  
 Cypriani loco poteris lector Christiane coniectare non mo-  
 do ad ecclesie liberalitatem ceu ad asylum Cereris confugisse  
 se quondam inopes & ærumnosos, uerum etiam communi-  
 catis opibus ecclesias ecclesijs iuxta Pauli Christianissimam  
 institutionem tulisse opem in alendis pauperibus, neq; alia  
 nomine uel Basilium Magnum uel alios quoslibet pietatis  
 ueræ studiosos construxisse Xenodochia & Ptochodochia  
 suscipiendis peregrinis & egenis fratribus quā ut sumptus  
 publicos ecclesiarum tum temporis parum diuitum priuatis  
 impendijs eleuarent. Quod si quis diuersum senserit &  
 opulentiam atq; splendorem luxumq; ecclesiarum, pauperum  
 necessitati prætulit, is quisquis tandem fuerit tam pu-  
 perciliosus censor, à nobis stare sciat insignem in ecclesia uis-  
 ciorum libro secundo hæc uerba sunt, Aurum ecclesia ha-  
 bet, ut non seruet, sed ut croget, ut subueniat in necessitate.  
**Ambrosi.** Quid opus est custodire quod nihil adiuuat? An ignoramus  
 quantum auri atq; argenti de templo domini Assyrij iussu  
 lerint? Nonne melius constant sacerdotes propter alimoniam  
 pauperum, si alia subsidia desint q̄ sacrilegus contaminat

asportet hostis? Nonne dicturus est dominus. Quur passus  
 es tot inopes fame mori? Et certè habebas aurū ut ministra-  
 res alimoniam. Quur tot captiui deducti in commercio sunt  
 nec redempti? Quur tot ab hoste occisi sum? melius fuerat,  
 ut uasa uiuentium seruares q̄ metallorum. His non posset re-  
 sponsam referri. Quid enim diceres? Timui ne templo Dei  
 ornatus deesset. Responderet. Aurum sacramenta non que-  
 runt, neq; auro placet, quæ auro non emuntur. Ornatus sa-  
 cramentorum, redemptio captiuorum est. Et uerè illa sunt  
 uasa preciosa, quæ redimunt animas à morte. Ille uerus est  
 thesaurus domini, qui operatur quod sanguis eius operatus  
 est. Et inferius paulo, Laurentius, inquit, qui aurum eccle-  
 siæ maluit erogare pauperibus q̄ persecutori reseruare pro  
 singulari suæ interpretationis uiuacitate sacram martyrij ac-  
 cepit coronam. Nunquid dictum est sancto Laurentio, Non  
 debuisti erogare thesauros ecclesiæ, uasa sacramentorū uen-  
 dere? In quos usus uasa ecclesiæ sint dispartienda, uel quali-  
 ter & quibus ex causis, tantum opus est ut quis fide synce-  
 ra & perspicaci prouidentia munus hoc implicat. Sanè si in-  
 sua aliquis deriuat emolumenta, crimen est. Sin uero paupe-  
 ribus erogat, captiuum redimit, misericordia est. Nemo. n.  
 potest dicere quur pauper uiuit. Nemo potest queri, quia  
 captiui redēpti sunt. Hæc Ambrosius. Quæ idcirco ascribe-  
 re uolui, ut intelligatur quos potissimum sint in usus opes ce-  
 lesiasticæ dispensandæ. Verum neq; priuata Christianorum  
 pecunia, si qua cui supra quotidianum uictum exuberat, aliò  
 pertinet. Non dico quidem esse malum si quis citra cuiusquā  
 incommodum memoriæ nominis boni studeat, si extruat mo-  
 nastria, si sacras ædes ædificet, easq; marmore & auro ex

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

ornet, sed his omnibus longè præstantiorem & meliorem  
 puto pauperum curam, usq; adco, ut si citra hanc illa faciat  
 magis peccasse q̄ benefecisse mihi uidearis. Non enim tam  
 lapideis & mortuis delectatur templis deus quàm carnis &  
 uiuis, neq; sibi tam marmoreas & auratas regas quàm car-  
 ritatis operibus & eleemosynis emundata pectora inhæ-  
 tanda deligit. Vnde præclarè ut omnia Iohannes Chryso-  
 st. mus in cōmētario super Matthæū. Tu, inquit, si præparas  
 quosdā uasa uideris sacra aut ornatū quēpiā aliū circa par-  
 tes ecclesiarum ac pauimenta cōfecisse, nolio reprehendere  
 aut iubere ut uendatur quod iam factū est, ne animam cui  
 qui fecit perturbes. Sin uero anteq̄ fecerit te consulere, pau-  
 peribus offerre iubeto. Hæc uerba Chrysostomi non solum  
 sertioni nostræ subscribūt, sed præter id quoq; subindica-  
 blicas quondā jactas fuisse in ecclesijs oblationes ad subleuan-  
 da pauperū incōmoda, id quod apertius partim Paulus ostē-  
 dit, qui collectas uocat partim Hieronymus libro explanan-  
 tum in Ezechielem sexto. Cuius uerba hoc magis libere ap-  
 ponere quod non solum nostro congruam proposito, sed quod  
 etiam argumentum euidentem afferunt nunq̄ non suspicienda  
 nobis & imitandæ uetustatis. Nam exponens catalogum  
 uirtutum iustū inter cætera de eleemosyna memorabilem  
 Hierony. hisce uerbis differuit, Docemur, inquit, eleemosynam non  
 turis faciendam sed esurientibus, nec dandum panem his qui  
 ructant plenitudine sed his qui inanitate cruciantur. In  
 ne aut̄ omnis continetur cibus. Et significanter dicitur, ne  
 rapinis & usuris et alieno malo quæsitū panem uertamus  
 misericordiā. Redemptio. n. aīe uiri, proprie diuicie. Quod  
 multos facere cōspicimus cliētes et pauperes et agricolat



nec a de militantiū & iudicū uolentia, qui opprimunt per  
 potentia uel furta cōmittūt, ut de multis parua pauperibus  
 tribuant et in suis sceleribus glorientur. Publiceq; diaconus  
 recitet in ecclesijs offerentiū nomina, tantum offeri ille, ille  
 tantū pollicitus est, placentq; sibi ad plausū populi torquēte  
 eos conscientia. Damasq; materiam miseris ut gaudeant ad  
 ea quæ tribuunt & non lugeant ad ea quæ rapuerint. Hunc  
 Hieronymi locū hoc quoque nomine adijcere placuit, ut in-  
 telligeremus morē offerendi uetustissimū qdē esse in eccle-  
 sia sed in usū longe diuersū detortū hoc tēpore, nimirū quo  
 pastores ecclesiastici qdqd offertur totum sibi uendicant.  
 Quo iure ipsi uiderint. Neq; tamen dubito, si mos iste reuo-  
 caretur, quin breui mendicitas & egestas ē rebus pub. Chris-  
 tianis omnis pelleretur. Cæterum ut redeamus unde sumus  
 digressi, liquere iam puto non esse fas Christianis, ut in ope-  
 ra terrena atq; caduca, steriliaq; tam inauspicatō prodigāt  
 opes solis pauperib. debite siue sacre sint illæ seu profanæ.  
 Nihil. n. equius q̄ ut pecunia Christi membra Christi subleuē-  
 tur. Nihil magis decet q̄ ut hō Christianus qdqd opū supra  
 uite huius necessaria possidet id totū restituat opū et bono-  
 rū omnium largitori Christo. Hoc aut̄ tum fiet, quū pauperes  
 cōmendatos habuerit, eisq; nullis ansis præteritis et re et spe  
 fuerit opitulatus. Nā quidqd pauperibus facimus perinde  
 habetur ac si præsemi Christo faceremus. Tætatio est uita no-  
 stra tota, et idcirco consilij egena ac opis diuinæ. Porro ters-  
 tamur non solū afflictionibus & egestate sed multo magis  
 fortunis & opibus, quas dominus tribuere solet mortalibus  
 eeu occasionem bene merendi. Hoc. n. uno præcipue pollent  
 opulenti, quod eis maior adest benefaciendi materia quam



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

cæteris. Par est igitur ut suis beneficijs diuinitate respondeant  
 benignitati & opes diuinitus largitas non in Pyramides &  
 collossos, non in turres & arces, sed in ipsius Christi corpus,  
 quod est ecclesia, alendum, uestiendum, propugnandum, ex-  
 ornandumq; expendant. Huic corpori iuacare debemus om-  
 nes, huic pertinaciter inherere, huic consulere ac prouidere  
 modis omnibus, nimirum cuius & ipsi membra sumus &  
 hanc ob causam si quid in id opum contulerimus, hoc solum  
 nobis incorruptum & indepre-dabile uelut in arca adamanti-  
 tiua reconditum seruatur & manet, manebitq; perpetuo.  
 Nihil intulimus in hunc mundum, nihil quoq; huic emigra-  
 turi offeremus præter id unum, quod per manus pauperum  
 præmiserimus. Vis erigere collossos diu duraturos et stabili-  
 ac turribus Pyramidibusq; incorruptibus immortalē tu-  
 nominis memoriam cum laude commendare posteris, imita-  
 re Laurentium, qui pecuniam ecclesie distribuit pauperibus.  
 Imitare Basilium, qui Xenodochium extruxit pauperibus.  
 Imitare diuum Cesariam Gregorij Nazauzeni fratrem, qui  
 moriens, τὰ ἐμὰ, inquit, πάντα σοῦλομαι γυνεὶ καὶ τῷ  
 πτωχῶν. Imitare Hilarium Arelatensem episcopum, qui  
 usq; adeo pauperum fuit amator insignis, ut licet nobilitate  
 tum suppeditaret, agriculturam exercere uoluerit uel uo-  
 tra uires tenerè ac molliter educati corporis. Et ut ceteros  
 quoq; afferamus in exemplū, imitare Cimonem Athenien-  
 sem, qui quotidiano conuiuio pauperes aluit spesq; & ma-  
 cernas in hortis & agris ultro rupit & amouit, quo liberius  
 egeni fructus legerent. Imitare deniq; Traianum imperato-  
 rem, qui quinque milia ingenuorum puerorum è toto con-  
 quisit

## LIBER TERTIVS. 105

quæſita imperio publicis aluit ſumptibus & ſub magiſtris  
 uirtutum præceptis inſtituit, quò uidelicet futuro quoq; ſe-  
 culo bonorum uirorum prouentu conſuleret. Hos inquam  
 uel ſaltè hũc imitare. Delige, quòq; benefacias. Educa pupillos,  
 trade magiſtris orphanos, eoſq; linguarum, diſciplinarũq;  
 bonarum peritia inſtrue. Foue ac prouche ſtudioſorum in-  
 genia, eſto Mecenas doctis, eiſq; hoſpicio, uictu, ueſtitu, li-  
 bris, notarijs opitulare & in morem Ambroſij Alexandria-  
 ni, qui Origenis Ægyptoſ ἱερωτικῆς uocatur, in ocio litterario  
 quotidiani operis exactorem exhibe. Nam hoc utiq; pacto  
 & nominis boni celebritatem apud homines & impenſariẽ  
 loco iuxta Glauci ac Diomedis permutationem pro æreis  
 aurea conſequeris apud Deum. Neq; ullum ferè melius me-  
 reri de re Chriſtiana contenderim quàm ſi quis pro uirili  
 cura ut uirorum uerè doctõrum, uerèq; Chriſtianorum q̃  
 id temporis & indiga inſtitutionis Chriſtiane, ut haud in-  
 aptè dicas id quod nuſquam non dicitur. Qualis populus  
 talis ſacerdos, quando quidem nullius rei ſtudio uideas ad-  
 ditiõres & laicos & ſacerdotes quàm ut opes & impiè cõ-  
 gerant et ruruſus impiè expendãt. Quanto ſatius foret agere  
 Babytaeos, qui aurum ſoli mortalium habere odio & auer-  
 ſari dicuntur, inuentumq; alicubi ut multorum cauſam ma-  
 lorum in terram deſodere, quàm tales Chriſtianos? Certè  
 quemadmodum peccatum eſt opes impiè congerere ita &  
 expendere impiè flagitium. Ponderemus itaq; conſilia &  
 actus noſtros ac dona Dei ad Dei gloriam diſpenſemus, ne  
 uidelicet quæ data ſunt in opem parandæ ſalutis, culpa no-  
 ſtra uertantur in occaſionem accerſendi exicij. Non enim

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

parui refert quos in usus dona diuina dispenset homo Christianus, quem nihil decet uel agere quod prohibuerit uel omittere quod praeceperit Christus.

DE DIVO SPIRIDIONE EPISCOPO. DE QUADRAGESIMAE ICIUNIO & HOSPITALITATE & MATRIMONIO & PAUPERE SACERDOTALI.

Cap. XI.



Piridion Tremithuntis Cypriorum episcopi, unus ex his, qui Niceno affuerit concilio, idem pastor orbis um & uxorem habens & liberorum ta sanctimonia & miraculis multis claruisse fertur. Cuius praeter cetera & hoc memorabile facinus probatum est memoriae. Quum peregrinus quidam tempore quadragesimae ex itinere ad ipsum diuertisset, uidereturque in pendio defectus, conuersus ad Irenen filiam, age inquit, lae hospiti pedes ac ciborum aliquid appone. Ceterum quum illa responderet neque panem adesse neque farinam, Solebat autem rerum eiusmodi nulla tangi cura, maxime illo tempore, quo per binos, ternosue dies continuabat ieiunia, flexis in terram poplitis ueniam precatus iussit, ut salitas carnis porcinas promerit e penurio atque coqueret. Quibus coctis et appositis accumbens uescebatur hortabaturque peregrinum ut secum comederet. Recusante autem illo & Christianum se profitente, at hoc magis, inquit, uesci debes appositis. Om

nia enim munda mundis iuxta diuinæ scripturæ sententiam.  
 Exemplum nobis iste Spiridion ceu facem præfert primum  
 obseruandæ quadragesimæ, citra superstitionem tamen  
 & salua conscientiæ libertate, deinde hospitalitatis, tertio  
 matrimonij sacerdotalis, quarto paupertatis. De quibus sing  
 gillatim non tam quid nobis quam quid ueteribus uisum sit  
 paucis differere animus est. Haud nos latet quam sit aleæ peri  
 culose suscepta prouintia hoc maximè tempore quo non ra  
 ro uel ipsa beneuolentia uertitur in odium. Verum huc nos  
 partim amor sincerae pietatis partim sacerdotalis ordinis  
 officium extimulat, ut humano fauore posthabito ea, quæ ad  
 laborantem & indies magis magisque senescentem ecclesiæ di  
 sciplinam, unitatemque eius in tot iam partes ac studia lacerat  
 tam atque diuisam redintegrandam refartiendamque appo  
 nitur, uisissima uidentur proponamus in medium, non tam captan  
 tes plausum popularem quam reipub. Christianæ profectum  
 spectantes, & id quidem hac in primis cautione semper ad  
 hibita, ut non adimatur suum cuique liberum hisce de rebus  
 uel sentiendi uel statuendi arbitrium. Homo sum & hu  
 mana fragilitatis haud ignarus, neque ita efferor ut scripta  
 mea pro oraculis habenda uelim. Hoc ago, hoc conor, hoc  
 opto, ut proposita in medium ecclesiæ primitiua formula, eaque  
 uelut archetypo diligenter inspecta errores et uitia, si qua  
 sunt, nostræ emendentur. Non enim audiendos puto, qui ec  
 clesiam non errare posse asserunt, quæ utique quædiu in his ter  
 ris militat rugis & maculis carere non potest. Primitiua ec  
 clesiæ intelligi uolo, non quæ describitur in actis apostolicis, ad  
 cuius typum reipub. aliquam id temporis instituere non quæ



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

impossibilis me iudice, difficilis tamen admodum opera fuerit, sed quæ regnante imperatore constantino & circa synodum Nicenam aut aliquanto post multifarijs exercitijs hereticorum assaultibus, afflictionibus persecutorum innumeris uelut aurum in fornace probata, clarissimorum doctorum uirorum ingenijs diuinitus illustratis expurgata, excelsa, et polita est. Ad huius enim imaginem faciliori negotio nostratem, si Deus annuat, reformaueris, quamlibet multis & conuulsiuibus offendiculis abusibusq; scatentem. Faxit ergo deus, ut ecclesie dignitas unà cum euangelica ueritate humi strata diu & iacens aliquando resurgat & honorem suum recipiat & uigorem. Hæc hæctenus. Nunc ad propositum. Inter cæteros igitur ecclesiasticarum constitutiones uituperones & sycophantas, etiam plerosq; qui quadragesimæ ieiunium rotant uideo, affirmantes ex demoniorum id ortum doctrinam, iuxta Pauli prophetiam hunc in modum uaticinantis. Spiritus autem apertè loquitur, quòd in temporibus istis. Spiritibus uentibus postoritus & doctrinis demoniorum in simulatione scilicet quorum cauterio notatam habentium propriam conscientiam prohibentium nubere, abstinere à cibis, quos Deus creauit ad perceptionem cum gratiarum actione fidelibus. Hunc Pauli locum Christianissimū illi ceu infasto alastoris alicuius mimine afflati mirè cõpositis & fabrefactis, centaureis, Arisphanicis, tragicis & in morè igniuomi Barcochabæ (quem Iudaicæ quòdam seditionis authorē, quo maioris penderent à suis ferunt ardentem in ore stipulam anhelitu uentilasse) flammantibus & fulminantibus uerbis & orationibus in suam sectam torquentes detonant in populū rudè litterarum

1. Timo. 4

& imperitum, cumq; a studio sanæ mentis ad inexplebilis  
 & excitosi uentris cultum auocant. At non doctoribus  
 egebat nequitia, que citra magistri operam quoq; ullam  
 discitur. Non erat opus huic sæculo magistris, qui docerēt nō  
 esse ieiunandum, non abstinendū a carnibus, non temperā  
 dū a uino in quo luxus est, nimirum quum alioqui plus satis  
 prona sit natura humana in luxum & omnem uentris in-  
 dulgentiam & freno magis egeat ad uitia uitanda q̄ ad se-  
 standa calcaribus. Tam facundos doctores & mirabiles ue-  
 lut Acrianis confines non agnoscit ecclesia catholica, sed uel  
 magno regi Persarum Xerxi, qui artificibus gula & noua  
 rum uoluptatum inuentoribus præmia proposuit uel Phi-  
 loxeno Erixio, qui authore Aristotele, ὁ φιλοφάγος ὢν ἠύξασ-  
 το τὸν φάγου γὰρ αὐτῷ μακροτέρου γεζάνου γενέσθαι,  
 ὡς ἰδὸς αἰνός τῆ ἄφῃ, uel alijs eius farina & istiusmodi lu-  
 do dignis relinquit. Tales ne desit quæ adorent, uentrem sibi  
 Deum faciunt. Quos perquam festiuè subsannat propheta  
 dicens, Edamus et bibamus. Cras enim moriemur. Demiror  
 autem quor non palam proponant famosum illud quoq;  
 Ephesiorum decretum, quo illi uirum sobrium & modestū  
 Hermodorum ciuitate expulerūt. Nemo apud nos frugi sit.  
 Nemo uirtute excellat. Quod si quis excelluerit, abeat. Ni-  
 mirum talis conueniebat iam dudum doctrinae tam plausibi-  
 li ceu congruens ollæ operculum coronis imposita. Ceterum  
 si quis Pauli uerba accuratius excutiât, is comperiet locū istū  
 uaticinātū aduersus delirantium Encratitarū & Manicheo-  
 rū insanā, q̄ nō solū nuptias dānāt ac phibent, sed a carnib;  
 quoq; & alijs edulijs plurimis in usum humanū creatis &  
 cū gratiarū actione comedendis ut ab immundis abstinendū

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

præcipiunt. Vera esse quæ dicimus testimonio sunt Chri-  
 stomus, Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, & is maxi-  
 me libro contra Faustum Manicheum trigesimo, ubi idem  
 quoq; agit negotium. Tantum igitur abest ut Paulus uel co-  
 libatum uetet uel ciborum deliciarum temporariam absti-  
 nentiam & ieiunium, ut etiam ipse ob Christi promissiones  
 & uxoris usu, conuictuq; sese priuarit & suum frequen-  
 bus corpus castigarit ieiunijs & in seruitutem redegerit, ut  
 uidelicet quod ore docuerat, opere negare uideretur. Unde  
 meum nequaquam appono calculum his, qui ausu temerario  
 constitutiones patrum citra discrimen omnes antiquas  
 censent atq; cum cæteris illam quoq; de quadragesima con-  
 Paulinæ sententiæ aduersam, quæ ut antiquissima & uel  
 ab ipsis apostolis quemadmodum coniectare licet uel certe  
 ab apostolicis uiris decreta, ita quoq; antiquissimis qui  
 busq; & receptissimis ecclesiæ doctoribus haud secus ac præ-  
 paratio quædam salutaris & necessaria ad Paschalem cele-  
 stis panis atq; calicis dominici communicationem obseruanda  
 uisa est. De qua hunc in modum Hieronymus. Omnia  
 quit, serui Dei tempore ieiunandum est, sed nunc amplius  
 quum ad immolationem agni, ad mysterium baptismatis, ad  
 Christi carnem & sanguinem præparamur. Et infra in eo-  
 dem sermone. Quia ergo, inquit, fratres charissimi ad do-  
 mini sacramentum quadraginta dierum ieiunio præpara-  
 mur, ieiunemus tot diebus pro peccatis nostris quot pro sa-  
 leribus nostris dominus ieiunauit. Et in epistola ad Marcellinam  
 ostensurus differentiam inter catholicos & Montanistas,  
 Nos, inquit, unam quadragesimam secundum traditionem apos-  
 tolorum toto anno tempore nobis congruo ieiunamus, illi uero



anno tres faciūt quadragesimas, quasi tres passi sint saluato  
 res. Non quia & p̄ totū annū excepta pentecoste ieiunare non  
 liceat, sed quōd aliud sit necessitate, aliud uolūtate munus of-  
 ferri. Hæc ille. Ex his uerbis liquet cætera quæ de ieiunia, iuxta  
 Hieronymi sententiam, uolūtatis esse, quadragesimam uero  
 necessitatis. Subscribit Hieronymo uerbis propemodum eisdem  
 diuus et uenerabilis præsul Mediolanensis Ambrosius,  
 liberius tamen aliquanto ut episcopum agnoscas. Bonū, inquit,  
 est quidē cunctis temporibus ieiunare, sed melius quadrage- Ambrosi.  
 simam ieiunare cū Christo. Hanc enim quadragesimā nobis  
 dominus suo ieiunio cōsecrauit. Quomodo dixi ieiunio, non  
 ieiunij? Vñ. n. ieiunium domini fuit, quod continuatis quadragi-  
 ta diebus & noctibus cibum omnino non sumpsit. Quisquis  
 ergo Christianus consecratam ieiunando nō impleuerit qua-  
 dragesimam præuocationis & contumatiæ reus tenebitur,  
 quod legē diuinitus p̄ salute sua datā prædēdo ipse rescidit.  
 Rescindis. n. legē quæ exemplum ieiunij dominici nō custodis.  
 Qualis autē Christianus es, quū domino ieiunāte tu prandes? Ille  
 p̄ salute tua famē sustinet, tu p̄ peccatis tuis ieiunare formi-  
 das. Et israēl in eodē sermone. Oī igitur, inquit, sollicitudine tem-  
 posacratiſſimum celebrenus, nō prætereant nos dies absque iei-  
 unio, nō nos trāſeat una hebdomada absque uigilijs. Ille. n. fa-  
 cit quadragesimā, quæ ieiunādo & uigilādo aſcēdit ad pascha.  
 Nam sicut reliquo anno ieiunare præmium est, ita in qua-  
 dragesima non ieiunare peccatum est. Illa enim uoluntaria  
 sunt ieiunia, ista necessaria, illa de arbitrio ueniunt, ista de  
 lege, ad illa inuitamur, ad ista compellimur. Hæc Ambro-  
 sius. Eadem sentit Ioannes Chrysostomus quum alijs



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

in locis plerisque; tum uel præcipue in Homilia de sanctæ  
 quadragesimæ ieiunio & in explanatione super epistolam  
 Pauli ad Hebræos & super Genesim. Tales ecclesiæ pro-  
 ceres & antesignanos uel erroris arguere uel condemnare  
 re hærescos debent, qui quadragesimæ constitutionem ut in-  
 utilem ac parum Christianã suggillant & abolere moluntur.  
 Si igitur doctoribus his Christianiora scribunt, si euan-  
 gelica quæadmodum iactant, & uiris euangelicis imitantur,  
 quæ non aperte pronunciant Hieronymum, Ambrosium,  
 Chrysostomum, aliosq; horum  $\sigma\upsilon\mu\psi\iota\sigma\tau\omicron\upsilon\varsigma$  hereticos?  
 Nã hoc utiq; pacto liqueret, qui nobis uel sequendi essent uel  
 fugiendi. Qui domũ diruere nituntur, in primis fundamenta  
 quatunt & suffodiunt, quibus labefactis protinus casus in-  
 sequitur totius ædificij. At syncophantæ nostri quadragesimæ  
 males tot ac tanta ieiunij propugnacula atq; columnas ne  
 tingere quidem audent, subimentes, opinor, ne motum illa-  
 rum ipsorum sequeretur oppressio, homines ridiculi pariter  
 ac perniciosi, apud indoctos docti, apud doctos insani, neq;  
 in aliud nati quàm in ministerium Satanae ad perturbandam  
 quietem ecclesiæ & omnem eius ordinem subuertendam.  
 His ego suadeo ut ineptire aliquando desinant, studeant sa-  
 nitati, pœnitentiam agant, redeant ad ecclesiam, eiusq; uni-  
 tati concordiaeq; modis omnibus consulant. Non omnes con-  
 stitutiones ecclesiæ, neq; omnes cærimonias abrogandas cen-  
 seo. Quæ bona sunt probo, mala non laudo, longè diuer-  
 sum sentiens ab his, quibus nihil placet nisi nouum & nimium.  
 At dixeris fortasse, Spiridion episcopus carnes com-  
 edit in quadragesima. Audio. Sed nihil aliud aderat quàm  
 peregrinum reficeret, idq; precatus prius ueniam. Et res

tē quidem atq; Christianē. Nam licet Christianis iuxta mo-  
 rem ueterum carne & uino interdicator ad ritē exequen-  
 dum quadragesimæ ieiunium, non tamen eò superstitionis  
 progredi debemus, ut carne & uino presente ipsi nosmet  
 inedia sitiue perimamus. Nihil supra uires nostras exigi-  
 tur, neq; in perniciem institutum est ieiunium sed in salutē,  
 adeo ut si uel morbi alicuius uel pauperici necessitas usum  
 carnis & uini poposcerit, nequaquā peccemus si gratijs actis  
 utroq; fuerimus usi, imō magis peccemus, si non fuerimus  
 usi. Hæc est enim libertas Christiana, ut premente necessitate  
 nihil non liceat nobis in Christo. Porro quo ritu ieiunaue-  
 rint ueteres, (excepto quod illi prandium, nos cœnam inter-  
 mittimus & illi quotidie in quadragesima conuenerunt in  
 ecclesiam & à diluculo ad uesperam uacauerunt partim scri-  
 pturæ audiendæ partim faciendæ precationi, nos uix diebus  
 dominicis ad paucas horas, exceptis item uigilijs & perno-  
 ctationibus per statos dies intra & extra quadragesimam,  
 in quorum locum successerunt apud nos precationes quæ-  
 dam uel potius cantiones horariæ, uulgò matutinas uocant,  
 quas & ipsas paulatim euanescere uideo) locus indicabit ex  
 libro Pastoris ascriptus, cuius authorem asserunt Hermann  
 Pauli discipulum, in quo sic loquitur pastor ille seu angelus  
 penitentiae nuntius. Primum, inquit, omnium caue ab om-  
 ni probro & turpi uerbo & ab omni noxia cupiditate &  
 purifica sensum tuum ab omni uanitate seculi huius. Si hæc  
 custodieris, erit hoc ieiunium iustum. Sic ergo facies. Pera-  
 ctis, quæ supra scripta sunt, illo die quo ieiunabis, nihil omni-  
 no gustabis nisi panem & aquam & computata quantitate  
 sibi, quem cæteris diebus comesturus eras, sumptum diei il-

Hermann

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM.

lius, quem facturus eras, reponas & dabis uidue, pupillo aut inopi & sic consumabis humilitatem anime tue, ut qui ex eo acceperit, satiet animam suam & pro te adeat dominum Deum oratio eius. Sic igitur si consummaueris ieiunium tuum, quemadmodum precipio tibi, erit hostia tua accepta domino & scribetur hoc ieiunium tuum. Hæc Hermas. Atq; ista quidem de quadragesimæ ieiunio. De hospitalitate hoc dictum sufficiat, nempe domum pastoris ecclesiasticis nihil aliud esse debere quam peregrinorum ac pauperum receptaculum & asylum. Nam si omnes optamus audire uocem tuam, oves ab hædis discriminaturi, peregrinus fui & hospitio me suscepistis, quanto magis episcopi & sacerdotes hospitalitatis esse debent studiosi, quorum est non solum uerbis docere, sed operibus quoq; bonis præcludere populo. Verum de hæc alias propediem fusius. Nunc ad matrimonium sacerdotale transeamus, de quo breuiter sciendum, sacerdotes in ecclesia primitiua iuxta Paulinam institutionem habuisse uxorem cuius rei Spiridion hic noster cum innumeris alijs fidem fecit. Quis autem & quã ob causam nuptijs interdixit huic ordini, non est meum dicere. Pius Secundus pontifex Romanus quum in conuiuio quodam orta esset hæc de re disputatio, dixisse fertur, sacerdotibus magna quidem ratione subleuatas nuptias, maiore tamen restituendas uideri. Præclare illud quidem & ut episcopum talem decuit. Quis enim nescit quot inde offendicula nata sint? Imò si uerum est quod Paulus ait, neminem uidelicet fornicatorem regnum Dei consecuturum, quis nescit quot animas ista constitutio impulerit in interitum? Vnde miror, si uir ille prudens & eruditus rem tanti esse discriminis intellexit, qui non pro-



nus conuocata synodo tanto & suo & ordinis huius totius  
 periculo cōsuluerit? Et certè præpositus non minore subdi-  
 torum quam sui cura tangi debet, quãdoquidem qui multis  
 præest pro multis rationem reddat oportet. Huc spectauit  
 synodus Nicena, de qua Sozomenus præter alia & ista **Sozome:**  
 memoriæ prodidit. Synodus, inquit, Nicena emendare  
 uolens hominum uitam in ecclesijs conuersantium, leges tulit  
 quas canonas uocamus. In quorum tractatu conabantur  
 nonnulli legem introducere, ut episcopi & præbyteri, dia-  
 cono & subdiacono cum coniugibus ante consecrationem du-  
 ctis non dormirent. Surgens itaq; in medium Paphnutius  
 confessor contradixit, honorabiles fassus nuptias & casti-  
 tatem esse dicens concubitum cum propria uxore. Suasit  
 autem concilio legem talem ne ferret, grauem asserens esse  
 causam, quæ aut ipsis aut ipsorum coniugibus occasio for-  
 nicationis existeret. Et hæc quidem Paphnutius, licet  
 nuptiarum inexpertus differuit. Synodusq; probans eius  
 sententiam nihil hac de re sanciuit, sed negotium hoc to-  
 tum in uniuscuiusque uoluntate, non necessitate dimisit. Ha-  
 stenus ille. Ex quo intelligas rem esse impendiò periculo-  
 sam præcipere cœlibatum, quem neque ipse Christus uoluit  
 neq; post Christum Paulus ac tot Nicenæ synodi sunt ausi  
 patres præcipere mortalib. Nimirũ intra hos cancellos cõsi-  
 flere debet officium et ius episcoporum, ut operã det custodiendis  
 præceptis Christi, nõ suis ingerendis. Nõ est igitur importa-  
 bilis imponenda sarcina fraternis humeris, neq; cõmittendũ,  
 ut sub prætextu continentie scortationis nascatur occasio.  
 Hæc expendens Apostolus, quũ exemplar nobis præpingeret  
 episcopi Christiani, inter cætera decora, quibus ecclesiæ anti-



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

202
 stitem exornatum & munitum uoluit, adiecit in primis ut  
 esset unius uxoris maritus. Id seculo nostro pleriq; plus mi-  
 nio sapientes mirum quam ridiculè ad unam torquent eccle-  
 siani, refragantibus & uno consensu reclamantibus Chry-  
 sostomo, Hieronymo, Ambrosio & uetustis omnibus episto-  
 larum Paulinarum explanatoribus, ad eousq; ut nonnullis  
 Paulus exigere uideatur ab episcopo, ut habeat uxorem. Mi-  
 hi tamen magis arridet Ambrosij sententia, qui locum Pauli  
 præfatum enarrans sit ait. Si aut quis potiora sectatus &  
 corpus & animam suam deo dicauerit, ne se copulet matro-  
 monio, tanto magis dignus fiet. Ideo. n. inferiorem posuit, ut  
 de potiore nemo dubitaret. Hæc Ambrosij uerba indicant,  
 non ita Paulū præcipere matrimonium, quasi cœlibes ab epi-  
 modi dignitate submoueret, sed planè liberū relinquere, ut  
 quis uxore ducere uelit seu cœlebs uiuere, modo ne forni-  
 cetur. Habuerunt igitur sacerdotes quidè uxores in cœlebs  
 primitiua, sed non omnes. Multi. n. fuerunt, qui studio sancti  
 & apostolicos uiros prætermittamus, talis fuit Chryso-  
 stomus, talis Basilius, talis Gregorius Nazæzenus, talis Ambro-  
 nasius, talis & Hierony. & alij cōplures. Neq; tamen citi-  
 ab osoribus ipse author est in epistola quadam ad Cyriacum  
 his uerbis rem indicās. λέγουσιν, inquit, ὅτι μετὰ γάμου  
 κὸς ἔκοιμήθη. ἀποδύσατέ μου τὸ σῶμα καὶ ἑυφρό-  
 τε τῶν νέκρωσιν τῶν μελῶν μου. ἀλλὰ ταῦτα πάντα  
 διὰ τὸν φόβον ἑποίησαμ. Expectas fortasse lector Chry-  
 stiane, ut meam quoq; hac de re interponam sententiam. Si  
 hil respondebo præter uerba eiusdè Chryso-stomi super episto-

Chrysof.

mī quinquagesimum ita scribentis. Ista loquor, inquit, pro  
 pter eos, qui fornicati sunt. Concupisti forsitan meretricem  
 & peccasti, facere quidem non debueras. Sed si cupis age-  
 re poenitentiam quod maximè debes, quia & damnum se-  
 culi sentis & animæ detrimentum, ne adijce peccatum su-  
 per peccatum. Et forsitan dicis. Quomodo me abstinere pos-  
 sum? Dabo tibi consilium. Vxorem habes? licita utere uolu-  
 pra. Si non habes? praestat contrahere matrimonium q̄ for-  
 nicari. Hæc tamen uerba Chrysostomi ita accipi uolo, ut ci-  
 tra ecclesiæ iussum nihil noui moueatur. Non enim præscri-  
 bere leges ecclesiæ uolo, sed ab illa sum leges accipere para-  
 tus. In hanc tamen operam hortor & uoco pastores ecclesiæ  
 flicos omnes, ut Christianam capeant rempub. unitati stu-  
 deant, ament quietem & sine tumultu corrigant, quæ sine  
 magno tumultu, maloq; totius ecclesiæ ferri diutius non pos-  
 sunt. Huc usq; de matrimonio sacerdotali. De paupertate,  
 cuius exemplum Spiridion exhibet hoc dico. Studium diui-  
 tiarum parum conuenit homini laico, quanto minus episco-  
 po Christiano. Vnde optarim presbyteros & omnes qui  
 apostolorum dignitatem, authoritatemq; sibi uendicant ita  
 uitam instituere, ut cum apostolorum principe dicere pos-  
 sent, Argentum & aurum non est mihi. Quod autem ha-  
 beo, hoc tibi do. In nomine Iesu Christi Nazareni surge &  
 ambula. Id licet alicubi non contingat, quemadmodum nunq̄  
 lolio caruit ecclesiæ, non tamen idcirco imitandos puto schis-  
 maticos Vadianos, qui episcoporum opibus offensi quondã  
 recesserunt ab ecclesiæ, ob cuius unitatem, concordiaq; alean-  
 dam nihil non ferendum est, donec ueniat dominus cum uen-  
 tilibro palcas à tritico exufflaturus. Paupertas inquam deo

## CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

**Chrysoſt.**

cet sacerdotes, non mendicitas. De poſſeſſionibus preſbytero-  
rum audiamus Iohannem Chryſoſtomum ſuper illud Pauli,  
Dignus eſt operarius mercede ſua. Dignus, inquit, eſt operari-  
us mercede ſua. Itaq; ſi quis delicatus aut remiſſus fuerit,  
dignus proſectio non eſt. Niſi quis bos trituranſ & cōtra gr-  
lu & ſpinas iugum ſuſtinens traxerit, neq; ante diſceſſerit,  
dignus non eſt. Oportet ergo doctoribus neceſſariū uictum  
affatim miniſtrari, ne deficiant neq; ſoluantur, neq; minimū  
occupati, magnis ſeipſos atq; alios priuent, ut ſpiritualia opera  
rentur, nullam ſecularium habentes rationem. Et inferiori  
aliquanto. Ego, inquit, eccleſiæ præſules audenter dixerim  
nihil præter uictum & ueſtitum habere oportere. Et beatus  
Hieronymus, Episcopus, inquit, qui imitator apoſtoli eſſe  
ſe cupit habens uictum & ueſtitum, his tantum debet eſſe  
contentus. Qui altario ſeruiert de altario uiuant. Vivant,  
inquit, non diuites ſiant. Verum de his aliis plura. Nunc  
ſat mole liber claudatur tertius aucta. Finis.

**Hiermy.**

## IOHANNIS PHILONII DVGONIS LIBER

Christianarum institutionum quartus.

### PRÆFATIO.



Cripturienti mihi de more in li-  
brū quartū aliquid proloquij  
ſolus uidelicet inter cæteros ma-  
lus, lacer, truncatus, et uelut ac-  
phalus æderetur in publicum, ni-  
hil meo iudicio uel huic ſeculo  
magis appoſitū uel huic loco  
drantiuſ uenit in mentem, qui



Christiani nominis mortales oēs ad capeſſendā rempub. ad  
 prouehendū euāgelii, ad Christi ſoſpitoris noſtri doctrinā  
 amplexandā, cuſtodiendā, propugnandāq; paucis exhorter:  
 Extimulant huc præcipuè præter alias & ꝑncipioſiſſimæ pe  
 ſtes duæ, quæ id tꝑis plus q̄ credibile eſt humana obſedere pe  
 ſtora, nempe uenditatio phariſaica ſimul et ignorātia cæca,  
 incuriaq; religionis Chriſtianæ. Oēs. n. Chriſti fide ſe uendi  
 tant, neq; crimen ullū habetur capitalius q̄ uel hæreſeos uel  
 perſidiæ, nemo tamē quæ germani Chriſtiani ſunt facit, uſq;  
 adeo, ut quemadmodum Demodocus de Mileſijs ait, *μιλῆς*  
*εἰ οὐκ ἔξωρετοὶ μὲν οὐκ εἰσὶ, δ' ἔγωγε δὲ οἷά περ οἱ ἔξωρετοὶ*  
 ita haud ineptè dixeris, Chriſtiani noſtrates ethnici quidem  
 non ſunt, ea tamen quæ ethnici, faciunt. Vera iſta ſint an fal  
 ſa tuus uolo arguat lector Chriſtiane calculus. Circumſer oculos  
 Mores, conuictus, contractus mortalium examina, &  
 Chriſtianiſmū ſæculi noſtri omnem nihil aliud ferè cōperies  
 q̄ honeſtatem quandam humanam & qualēqualē exiſtima  
 tionem partim ex mundanarum legum obſeruatione partim  
 ex cultu paucarum cærimoniarum nobilitate, fluxiq; & ſordidis & qua  
 mentitia ſtemmatum nobilitate, fluxiq; & ſordidis & qua  
 libet arte partis opibus natam. Hac ut quiſq; maximè præ  
 ſtat, ita Chriſtianiſſimus atque cælo proximus habetur.  
 Præcepta dominica diuiniſſima quæq; & quorum iugi me  
 ditatiōe ceu peculiari nota ſuos Chriſtus præcipuè inſignitos  
 uoluit, cuiuſmodi ſunt, ne iuremus, ne malo malū rependas  
 mus, ne concertemus iudicijs, præterea ut mutuā inter nos  
 alamus dilectionem, ut beneficiamus odio nos proſequenti  
 bus, & reliqua eiꝰdem fragrantie non pauca, à quibuſdā  
 ceu cum legibus atq; decretis humanis pugnātia obelo cōfo



## P R A E F A T I O

diuntur, ab alijs ut parerga & populorum contractibus praerum congruentia susq; deq; habentur, à nonnullis, qui praeter ceteris uidentur sapere, relegantur ad monachos & anchoritas, quasi uero christus monachis ista praeceperit uel soli monachi Christiani sint uel ceteri salui esse queant citra observationem praceptorum Christi. Atq; sane haud parua sunt multi eius opinionis assertores, ut solis quidem monachis ceu reuera mundo mortuis ac diuinae seruituti destinatis simplicem illam & exactam & merè Christianam uidentur di formulam à Christo suis praescriptam congruere contentantur, laicis uero & mundanis, quemadmodum ipsi loquuntur, esse satis, si uel quomodocunq; honestè uixerint, etiam non tam Christi praecipis quàm legibus mundi obseruatis. Vnde fit ferè, ut si obieceris militi eadem, mercatori studium pecuniae, diuiti scenus pauperi impatientiam sortis, nobili ei, qui magistratus est fastum & mundanae gloriae ueniam, plebeio inuidiam, causidico linguam, iudici sententiam Christianae uiolant, uitientiae, protinus ab unoquoque uolunt non sum monachus. Hoc praetextu impunè peccamus, hoc praetextu commissa patrociniò defensum imus omnes. Plaudimus nobis titulo nugatorio atq; umbratico nomine Christiano gloriamur, uitam interim agentes à Christo diuersissimam. Nam usq; adeò id temporis iacet euangelium, usq; adeò sortent institutiones apostolicae, ut pars maxima Christianorum uiribus & artibus humanis, communitisq; caerimonijs & quod omnem excedit insaniam, funesta quoq; & exitiosa pecunia se caelum emerituros, emercaturosq; sperent. His & id genus comparibus erroribus Christianus orbis plenus est.

Hinc natū coniectaueris, qd' innumeros ex impatoribus  
 atq; primoribus mundi relatos inter diuos uidemus, ex ple-  
 beis & humilibus rarissimū quemq; puerſo nimirū atq; cor-  
 rupto hominum iudicio, innocentiam & sanctimoniam ui-  
 tae numis parabilem existimantium. Cæterum non idem est  
 iudicium Dei & hominis. Nam si rem iusta & euangelica  
 lance ponderes, plures carbonarios, fullones, piscatores, ue-  
 starios, agricolas inter electos Dei uideas quam imperato-  
 res, principes, nobiles huius mundi, adeo raram auem esse pu-  
 to in caelis cum, quisquis insigniter præstiterit in terris.  
 Proinde quum ecclesiam Christi tot iam pudendis erroribus  
 profanatan, tot prodigijs circumuentam imposturis, tot  
 ac tam diuersis inter se atq; discrepantibus factionibus diuis-  
 sam, tantis etiam ac tam impijs & execrandis nouorum dog-  
 matistarum quorundam tumultibus motam perturbatamq;  
 uiderē et protomystæ nostri Satanae insidijs occupati, alijsq;  
 uerſi nullius rei minus quàm CHRISTIANAE age-  
 rent negotium, consulendum putauī pro uirili, hoc scripto  
 germani CHRISTIANISMI sitientibus cupitoribus, ne ui-  
 delicet unā cum cæteris ecclesiae transfugis communi hoc  
 mundi turbine, procellaq; & ipsi raperentur in præcipi-  
 tum. Curandum igitur censeo & impendio cauendum,  
 ne decipiamur sanctimoniae uulgaris imagine, ne nos mag-  
 nificorum & sublimium fucus titulorum eludat, ne deniq;  
 nobis imponat sapientia mundi & forma, exemplumq;  
 uiuendi dominorum terræ. Nō enim statim euangelium pu-  
 landum est, si quid primates, quod speciem pietatis præse fe-  
 rat uel egerint uel statuerint. Non mundi leges, sed præcep-  
 ta Christi obseruanda sunt homini Christiano. Neq; quid ho-

## P R A E F A T I O

mo, qualisqualis, quantumquantus ille sit, sed quid Christus  
 præceperit spectandum est. Breuiter q̄ non titulo tenus sed  
 ex animo Christi cupit esse discipulus, is spiritus & auctori-  
 tatis mundi legibus, moribus, uirtutibus & bonis omnibus  
 unum uerbum Dei audiatur, addiscat, obseruet necesse est.  
 Hoc unum suspiciat, hoc ueneretur, hoc insans primis ni-  
 retur ab annis, in huius meditatione puer adolescat, iuuenis  
 uiuat, senex moriatur. Nullius rei tam studiosus esse debet  
 homo CHRISTIANVS, nullius tam obseruans, quam uer-  
 bi Dei. Hoc enim docet, hoc indicat quid agendum sit, quid  
 omittendum salutis aeternae cupientibus. Hoc uiam aperit  
 immo ipsa uia est ituris in coelum. Hoc unica regula & am-  
 plis uiae Christianae. Hoc est ager ille bonis omnibus distri-  
 ctis emendus, nimirum in quo sempiternae felicitatis abscon-  
 sum latet nobile & incomparabile margaritum. Hoc est il-  
 lud filium Thesaicum, quo exitum commonstrante huius mi-  
 di Labyrinthum alioqui inextricabilem & imperuicium se-  
 curi euadamus. Nihil igitur prius esse nobis debet, nihil an-  
 tiquius uerbo Dei. Nullis mundanis negotijs, nullis remore  
 momentaneis auocari debemus aut resupinari, quin uerbum  
 Dei atq; CHRISTI doctrinam accurate & sobrie & quan-  
 tum dominus fuerit uirium elargitus, exacte absoluteq; per-  
 discamus. Iactitent alij iuris peritiam & legum imperialis  
 um plausibilibus titulis gloriantur. Alij scitorum pontificio-  
 rum cognitione sibi placeant. Alij uim ostentent eloquenti-  
 tiae. Alij scientiarum cycladarum eruditione cristas eri-  
 gunt. Alij haurito latice Castalio intumeant. Alij Platonica  
 alij Aristotelica Philosophia se uenditent. Solum uerbum  
 Dei, sola CHRISTI doctrina sapientia CHRISTIA



NORVM est. Hæc sola sospitat sui studiosos, sola foelicitat, sola beat. Solius huius cultus CHRISTIANVM facit. Solius huius observatio CHRISTIANVM ab ethnico discerninat. Euidēs argumentum est non esse CHRISTI, cuiuscunq; non sapuerit sapientia CHRISTI. Verum huius puritatem & sinceritatem hominibus litterarum parum scientibus uel inuenire uel inuentam conseruare in tanta schismaticorū & hereticorū colluue aliorū sup alios exortētiū ac tā diuersa inter se sentiētīū, procul dubio perq̄ difficile est. Horum si seorsum singulos perconteris quid sentiant, respondebit unusquisq; se utiq; ueritatis assertorem & sententiam suam, si cupias, oratione composita & argumentis adamantinis uallabit atq; tuebitur. Cæterum errores & imposturas arguit disidium eorum ac placitorum discrepantia. Quid enim inesse putemus ueritantiæ rerum & sententiã rã discordiæ? Opus est igitur natatore Delio, quod aiunt, ne quis inter tot Scillas Charybdesq; suffocetur. Nam si succantes mare surgentibus uentis metu mortis temporariæ expallent, expodiunt ancoras, malum rudentibus firmant & si res ita poscere uidetur, nauem quoq; mercibus proiectis exonerant, nihilq; curæ sudorisq; prætermittunt, quo spes salutar seruandæ salutis, quanto magis homo CHRISTIANVS metu mortis æternæ sollicitus esse debet & anxius animi, ne forte fortuna per incuriam a tot ac tantis hereticorū procellis & uorticibus absorbeat et ueluti a sino molari ad collum religato rapiatur in profundū interitus? Quis quis ergo mecum huius mali cura mordetur (mordeor autem inter primos) deposito studio partium breuiter audiat



P R A E F A T I O

modum, quo opitulante CHRISTO ē Syrtibus hīcē lethiferis  
 enatemus incolumes. Omnium primum credamus ecclesiā re  
 gi ab ipso Christo, nobisq; dari ab illo principes & prae  
 les p̄ meritis nostris siue bonos seu malos. Deinde credamus  
 item uoluntate Dei fieri omnia, qui per hos tumultus tradu  
 cere uoluit indiligentiam pontificum & ostendere quidā  
 inter Paulinos ueterum episcopos & nostrates à mundi no  
 p̄fectum & cōmodū reipub. totius Christianae. Non enim  
 fieri potest, quin aliq̄ oculos ap̄iant in hac rerū oīm turbu  
 tione uel ex ipsis episcopis & uidere iā incipiant quāto uer  
 sentur in piculo, cernentes aliā esse gubernationē ecclesiae  
 aliā huius mūdi, & q̄ diuersum sit officium episcopi ab officio  
 mūdani principis. Tertio lolijs agri dominici plus nimio la  
 xuriamibus ne plus nimio moueamur, sed nostrā spectantes  
 uocationē curemus ut ipsi simus frumentū neq; cuiuslibet rei  
 gratia Petri μονόξυλον exiliamus, tametsi seuis cūdatur &  
 furentibus insani maris fluctibus. Iactatur tempestatibus, non  
 mergitur. Nam Christus proreta uel dormiens uigilat & in  
 terim pr̄eter sp̄e quū longissimē abesse putatur praesens  
 adest. Quarto quō & Christi op̄e patientius praestolemur et  
 captiosos tot sectarū tutius euitemus laqueos ad uetustissimos  
 & spectatissimos quosq; ecclesiae doctores, Chrysostranum  
 dico, Athanasium, Basilium, Gregorium Nazanzenū, Cyrillum,  
 Cyprianum, Hilarium, Hieronymū, Ambrosium, Augustinum  
 tanq̄ ad Nestores quosdā ecclesiasticos & fidos Catones cō  
 fugiamus. Hos ad eamus consultū, hos audiamus, hos imitemur,  
 donec certi aliquid ab ecclesia decernatur. Quinto nau  
 gas & nanius sciorū & opinatorū tanto tumultu inter se

digladiantium omnes ex æquo deuitemus, schedaſq; illorū et  
 libellos ex ueterum furtis in dogmata noua trāſfiguratis cō  
 mendatos ne caſſa quidem nuce nobis emendos putemus.  
 Quid. n. in ſe continēt aliud q̄ furta ueterū? Hoc tamen inter  
 eſt inter hos & illos, quod in ueteribus integra, in illis cor-  
 rupta omnia & in ſententias alieniſſimas detorta reperiuntur.  
 Hæc dico, ut intelligamus nobis ad fontes properādū re-  
 liſtis lucunis. Hoc niſi facimus, p̄demus in primis uitæ Chri-  
 ſtianæ fundamentum, animi tranquillitatē. Deinde uarijs &  
 incertis opinionibus fluctuantes inſidijs diaboli noſmetipſos  
 exponem⁹. Poſtremo ſtudijs partiū et quæſtionibus et rixis  
 ineptis & nūq̄ finiendis uelimus nolim⁹ & fidem fœdabi-  
 mas & conſcientiam. Quod ſi obiecerint aliqui, nos nihil  
 ſupra patres ſapere & ideo quemadmodum Iudæi quondā  
 dixerunt, templum domini templum domini, ita uos quoq;  
 dicere patres patres, his enim uerbis nos irridere ſolent, re-  
 ſpondebimus, nos eiſmodi ſequi patres, de quorum fide ne-  
 mo dubitauit. Tales enim ſunt, quos nemo haecenus uel  
 hæreſcos nota uel inſāmia doctrinæ nothæ aut parum Chri-  
 ſtianæ potuit aſpergere quamlibet niſo pater. Hos igitur ſe-  
 quendo puto certa ſequi cupientibus, præteritis & ſpretis  
 incertis illis & inſanis huius temporis lallatoribus, qui tam  
 nihil habent frontis, ut uiros auſint reprehendere, quorum  
 eſſent uix adhuc idonei diſcipuli. Sed redeamus iam ad uer-  
 bum Dei & ſapientiam Chriſtianam, de qua paulo ſuperius  
 diximus. Hæc ipſa mundo nihil ſtultius uidetur, quemadmo-  
 dum & eregione mundi ſapientia Chriſto, nimirum alio ore  
 coturnix, quod aiunt, alio Pſitacus loquitur, & ut eſt, in Græ-  
 corū puerbio, ἄλλο γλαυξ ἄλλο κορώνη φθέγγεται. Nec

PRAEFATIO.

mo igitur se CHRISTO simul & mundo placiturum speret. Dissident enim inter se & legibus institutisq; ex diametro uariant perinde ut mundus ceu hostis rerum caelestium perpetuus perennem discordiam & irreconciliabile bellum cum CHRISTO gerat, nihil unquam foederis, nihil induciarum admissurus. Et quamquam CHRISTVS sarienda pacis auidior omni moto lapide nihil pratermittit ad gratuitae misericordiae uel solitae beneficentiae quo mortales omnes alioqui suis ipsorum conatibus perituros ad mentem saniores & à caduca & notha ad ueram & nullius finis capacem foelicitatem allecetet, tamen mundus amentia caeco aduersus sospitatorem suam semper coquit hostilia, omnesq; CHRISTIANARVM partium ui, fraude, iniuria non perditum extinctumq; ire desistit. Hanc ob rem quisquis nomen CHRISTO dedit, in primis paciencia debet habere et matum animum, neq; ignorare, quoquo se uerterit non utiq; insidijs mundi, afflictionibusq; cariturum. Non enim nobis imponit, non uerba dat seruator noster, qui suis delictis pulis non delicias & uoluptates, sed afflictiones atq; persecutiones in hoc mundo palam praedixit, neq; oscitantibus & supinis citra puluerem, quod dicitur, sed sudantibus atque certantibus sponndit coronam gloriae. Accingat igitur sese certamini tam pio, quisquis germano CHRISTIANISMO gaudet atq; roboretur in CHRISTO ad futuram certatq; sibi euenturas afflictiones atq; calamitates, easq; masculo & infracto animo & subeat & ferat, parum habens qua aut à quo afficiatur iniuria, quo aut quali conuicta increpitetur, quo petatur dolo, qua notetur infamia, quibus deniq; uel morbis uel incommodis conflictetur modo



CHRISTVS permiserit, qui affligi quidem sinit suos ac  
 tentari, sed non ultra quàm uires ferant. Vicinus enim domi  
 nus afflictis corde, quemadmodum Psaltes ait, & in arena  
 Christiana luctantibus nusquam non adest spūs à Christo p  
 missus paracletus. Hoc noie germanè Christiani more apo  
 stolico non minus animi & gaudij solent habere in summis  
 arumnis quàm homines mundi in summis delicijs. Vnde me  
 non raro tenuit admiratio, quoniam consilio aut cuiusnā pla  
 cita secuti nostri temporis doctores pleriq; populum Chri  
 stianum tanto pe hortentur ad petendam à Christo, quàm nō  
 pmissit sclicitatē huius mūdi caducam, fallacem & sectato  
 ribus Christi suspectam & semper serè plus dispendij q̄ con  
 pendij afferentem, asserentes Deum calamitosus aduersum,  
 propitium scelicibus, quum è diuerso constet nullis magis es  
 se gratiosum, nullis clementiorem quàm uel inopia pressis  
 uel morbo aliquo laborātib; uel alia fortunæ grauioris alea  
 iactatis, contra nullos magis perosum quàm qui uulgò scē  
 licissimi putantur. Errant igitur & ethnicae opinionis fūco  
 falluntur, quicumq; ubi uel cauponationibus & institutis  
 mundanis, quæ uix unquam citra periurium & proximi  
 fraudem exercentur uel ui & armis, quod aperte impietas  
 tis est, opulenti atq; potentes fiunt, largitore se Deo scelices  
 & factos credunt. Noui enim complures, qui ob immodicum  
 & ardens lucri studium terris & undis periclitati opes im  
 mensas congesserunt & nunc salutem & sclicitatem suam  
 deo referunt acceptam. Noui complures, qui spe diuitiarum  
 illæta rei bellicæ dederunt operam uoti q; compotes tan  
 dem Dei se munificentia ditatos arbitrantur, quasi uerò  
 Deum auri sacra fame & rapinis, cædibusq; humanis



PRÆFATIO.

delectetur. Tales extremæ malitiæ summam impietatem  
 copulant, ascribentes Deo rem, cuius author est Satanas.  
 Nimirum hi sunt mores mundi, ut extrema flagitia summa-  
 rum uirtutum succentur coloribus. Nam qui rem dolis et  
 technis parant prudentes, qui cædibus grassantur fortes, qui  
 aliena prodigunt liberales, qui pauperes expilant & passim  
 ab omnibus omnia quocunq; colore, quocunq; prætextu ex-  
 palpant, extundunt, extorquent, sapientes uocantur. Neq;  
 flagitium ullum tam pudendum, horrendumq; reperias, quæ  
 non uirtutis alicuius imagine pallietur. Ceterum longe ubi  
 his diuersa prodit uerbum Dei, longè discrepantia docet Ser-  
 uator noster. Alia nobis præcepta reliquit, alios doctores de-  
 dit, nihil commune, nihil partiarium cum rabinis & apocri-  
 phis mundi habentes, nimirum apostolos & innumeros ec-  
 clesiæ primigeniæ uiros uirtutibus uerè Christianis & ui-  
 te sobriè & innocenter actæ sanctimonia insignes, qui om-  
 nes serè, quia pompam & strepitum huius mundi, sapientia-  
 m q; omnem contemnendam constantibus atq; cõcordibus  
 animis prædicabant, ipsi uicissim à mundo contempni-  
 uarijs periere supplicijs. Exemplo sunt præter apostolos ba-  
 ptista Christi, Stephanus, Ignatius, Polycarpus, Iustinus, Co-  
 prianus, Chrysostomus, Athanasius, Ambrosius, Hilarius,  
 alijq; sexcenti, qui decreta CHRISTI præferentes manu-  
 do omnes à mundo uel interfecti sunt uel malè accepti. Hos  
 magistros & ὁδὸν γούης dedit, hos ceu Christianè uiuendi ex-  
 emplaria uiua nobis proposuit CHRISTVS. Horum igitur  
 uitam & mores imitemur, hos uerbis & factis referamus  
 parum curiosi quidquid mundus & mundi palpones nobis  
 uel inuidiæ conlauerint uel doli iniuriæue fuerint machina

ti, modo ipsi in officio perstiterimus. Prior enim sit oportet  
 Christianis Christi quæ mundi gratia. Neque pudori esse debet, si  
 Christi fabri, Petri piscatoris, Pauli sutoris coriarij sectato-  
 res dicamur, pauperum uidelicet & humilium & contem-  
 ptorum à mundo homuncolorum, qui Zona, quod aiunt,  
 perdita & ἡμερόσιο, nihil possederunt rerum terrestriũ  
 præter id quod in diem opera manuarum parabant. Imò frus-  
 tralitas ipsorum & inopia documento esse debet quàm sper-  
 nendum sit quidquid in hoc mundo uel bonum habetur uel  
 magni penditur. Ex quo liquidò constat, parum Christianè  
 uiuere eos, qui opum congerendarum studio ætatem omnè  
 in sordidissimis quibusque rerum fluxarum cauponationibus  
 conterunt. Nam seruatoris nostri & apostolorum uel exem-  
 plis tristibus & non unicuique mellitis parum leti uel pro-  
 missis futuris parum creduli, ipsi sælicitatem sibi met huma-  
 nis formatam consilijs parare contendunt. Vnde terras per-  
 agrant, lustrant regiones, maria & flumina traiciunt, mer-  
 ces alias emunt, alias uendunt, arcas auro, horrea frugibus  
 refertiunt, nihil denique sibi faciunt reliqui ad augendum cen-  
 sum, cuius ope tandem uelut Aiæ clypeo tecti in utramuis  
 dormiant aurem & aditu persecutionibus, afflictionibus,  
 temationibusque omnibus obstructo uitam residem & otio-  
 sam & nullis non delicijs & uoluptatibus beatam transi-  
 gant, atque sic tandem, si Christo placet, probi & sinceri es-  
 se Christiani uolunt. Hoc Christianorum genere id tēporis  
 perinde scutet ecclesia, ut Catadupa Nilo. Neque aliud minus  
 Christianum facile est indicare, excepto nobilium, quos uel  
 de ipso nomine Phariseos gentilesque agnoscas. Cæterum au-  
 diamus quid istis uaticinetur Christus? Væ, inquit, uobis dis-

PRAEFATIO

Matth. 16

uitibus, quia habetis consolationem uestram. Et alibi. Qui non renuntiat omnibus, quae possidet non potest meus esse discipulus. Ei apud Matthaeum, Si quis uult post me uenire abneget semetipsum & tollat crucem suam & sequatur me. Quo dicto palam testificatur eos, qui Christianissimum ambiunt afflictionibus repurgandos. Id quod & alio loco exerte apertèq; significat, ubi ait. Si me persecuti sunt & uos persequentur. Et infra. Plorabitis & flebitis uos, mundus autem gaudebit. Et paulo post. In mundo afflictionem habebitis, sed confidite, ego uici mundum. In hunc modum & Paulus, Omnes, inquit, qui uolunt pie uiuere in Christo, persecutionem patientur. Et in actis apostolicis idem Paulus, per multas, inquit, afflictiones oportet nos intrare regnū Dei. Huc pertinet illud Hieronymi. Secus apud dominum haud possumus esse felices, nisi contigerit in saecularibus & terreno squalore purgari. Et inferius aliquando in eadem epistola. Ad caelum, inquit, nobis per aspera, per angustia, per duros anfractus & loca sita est uia, quam uia non tenuit, qui tentari noluit. Eodem pertinent etiam, quae senex uenerabilis & infinitis spectatus afflictionibus Athanasius Alexandrinus episcopus docet his uerbis. Qui requiem habet in hoc mundo, ne speret eternam illam requiem. Regnum enim caelorum non est corū, qui hic requiescunt, sed illorum qui in afflictione multa atq; angustia peregerunt hanc uitam. His scripturae sacrae testimonijs, his tantorum in ecclesia procerum assertionibus persuasi esse debemus, haud omnes esse inuisos Deo, quos mundus ærumnis onerat, neq; rursus omnes apud Deum gratiosos, qui diuitijs atq; delictijs mundi antecellunt, imò hoc hominem Christianum reg-

2. Thim. 3

Actu. 14,

Hierony.

Athanas.



no caelesti fore uiciniorum, quo plus afflictionum in hoc mundo pertulerit. Sic enim uisum est sapientiae diuinae, ut qui cum CHRISTO uelint pauperefcere, rideri, despicere, affligi, persecutionibus iactari in his terris, cum illo quoque hereditatem accipiant in caelis. Vnde apostoli caesi, impendio gaudentes abibant a Iudaeorum concilio quem admodum scribit Lucas, nimirum digni habiti, qui contumelia pro nomine Iesu afficerentur. Verum quid cause fuisse putemus tanti in medijs malis gaudij? Nempe audierant a domino manere mercedem copiosam illos, qui praecipis eius audissent, minis mundi blandicijsque posthabitis. Ad apostolorum igitur exemplum & nos ceu germani & incorrupti sectatores CHRISTI solis Euangelicis affixi promissis mandatisque mundum cum suis bonis & malis contemnere debemus, maxime quum bona eius non prosint, mala non obsint religioni Christianae. Et id quidem consilio quoque & hortatu Iohannis apostoli graui- Iohan- ter prudenterque monentis, ne diligamus mundum, neque ea quae sunt in mundo, non, opinor, alio nomine quam quod ut quisque maxime bonis mundanis exuberauerit, ita maxime ad paranda caelestia sit ineptus. Non enim est, ut quis mundi pariter caelique bonis praestet. Coelestia bona cum terrenis nihil habent consortij, nihil affinitatis, imo altera alteris ceu fluctus fluctibus cedunt. Breuiter comperimus, huius mundi strepitum & felicitatem temporariam omnem homini Christiano parum conuenire. Deserendus ergo mundus est atque in totum calcandus ijs, quos spes tenet aliqua possidendi caeli. Impossibile enim est, nos ex animo seruire CHRISTO, nisi a mundi fuerimus curis

Actu. 9. g



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

**Erasmus.** cupiditatibusq; expediti & liberi, Mihi sanè insidias, pericula, calamitates, quibus quotidie in hac ærumnosa uita obiectamur & exponimur expendenti nihilo minor hostis, nihilo contemptibilior uidetur mundus ecclesie Christi quàm ipse Satanas. Neq; ineptè fecerit, què admodùm Erasmus non ster dicere solebat, si quis illum Platonicis composuerit Silenis illis, aliud ostentantibus facie aliud intrase occultentibus. Blandus enim est mundus in speciem, pulcher est, iucundus est, dulcis est, amabilis est. Cæterum si Silenum hunc recluseris, inuenies quidquid eius fuerit, id totùm esse uirus peremptorium & mariferum, usq; adeo ut mundi bona non rarò Reguli instar uel solo aspectu interimant Christianam animam. Et re uera inter scorpiones & uiperas incedit, quisquis cum hoc mundo aliquid habuerit commercij, adeo sub specie felicitatis funèsta, pestilentia, exitiosa imminet omnia. Neq; aliud in promptu consilium est, quo uiscerata eius captiosamq; blandiciem, dulcedinemq; declinemus, quàm quod Circe Homericæ Ulyssi dedit ad euitandam Charybdis uoraginem his uerbis.

**Homerus**

Ἄλλ' ἀθάνατορ κακὸρ ἔστι

Δεινόν τ' ἀργαλέον τε, καὶ ἄγχιον οὐδὲ μαχαιτόν  
οὐδ' ἔτις ἔσ' ἀλκή, φυγέειρ κάστιον ἂν αὐτῆς

Fuga igitur sibi consulant oportet, qui mundanae contagionis tactu periclitari nolint. Multos enim fuga periculis eximit, multos immaculatos conseruat, multis conciliat salutem alioqui perituris. Omnia plena sunt laqueis, omnia plena decipulis, adeo ut impossibile sit hominem in mundo uiuentem non implicari casibus diaboli, nisi singulari quadam gratia providentiæq; diuina custodiatur. Intererit ergo reli

tionis & salutis nostrae, ut ex animo mittamus repudium  
huic mundo ac de cetero quidquid nobis fuerit uitae reli-  
quum, iuxta praescriptum Christi, in obseruandis exequen-  
disq; praecipis Euangelicis impigre gnaviterq; transiga-  
mus.

DE EDICTO CLAVDII CAESARIS DE  
ridiculo & neminem periculosius Christianum es-  
se quam qui Christianis praesit.

## CAPVT PRIMVM.



Laudius Caesar inter caetera non ob-  
scura genitiuae stultitiae documenta  
& edictum fertur meditatus, quo  
uentris flatum, crepitumq; emittenti-  
bus gratiam faceret in conuiujs.

Potentia & sapientia raro sub eodē  
Claudianum edictum hoc satis abun-  
de arguit. Fit enim fere, ut quo quis plus possit, hoc minus  
sapiat. Hinc est illud Isocratis in Areopagica oratione,

σωτήτακται, inquit, καὶ σωακολουθεὶ τοῖς μὲν  
πλουσίοις καὶ ταῖς δωσειαῖς ἢ ἀνοίᾳ, καὶ μετὰ ταῦτ  
τῆς ἀκολασίας. ταῖς δὲ ἐνδείαις καὶ ταῖς ταπεινότησι  
σωφροσῶν καὶ μετρίότης. Ceterum reges & monar-

che nostri saeculi egregie se putant suo functos officio, si da-  
to praesidibus populi regendi negotio ipsi totos annos ludis,  
uenationibus, diurnis & nocturnis conuiujs, perpotationi-  
busq; incubuerint, parum habentes quidquid subiecti uel sa-  
ciant uel patientur. Atqui non esse principem, sed bonum et

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM,

laudabilem esse principem bonum & laudabile est. Neq; is  
 men dubito, si sciretur quid sit præesse populis, quosdã par  
 tius ambituros regna & imperia. Nam homines priuati pro  
 suis quisq; duntaxat erratis atq; commissis iudicis ferent sen  
 tentiam in extremo illo & sanæ mentis omnibus tremen  
 do iudicio, principes non solum de suis, sed de subiectorum  
 quoq; peccatis domino sunt rationem reddituri. Si horrent  
 quodam ueluti quatinur, quoties cogitamus nos propiorũ  
 iudicium delictorum subituros, quæ malum dementia est alie  
 norum quoq; scelerum culpam ultrò sibi accersere? Dicat et  
 sentiat quid quisq; uoluerit, ego nullos tam periculose Chri  
 stianos esse puto quàm qui Christianis præsumunt. Est enim per  
 riculum, ne qui Christianis dominantur Satana seruiant. Vn  
 de haud ociosè neq; perfunctoriè spiritus sanctus per pro  
 phetam regum iuxta ueritatem Hebraicam. Et nunc reges  
 prudenter agite, erudimini iudices terre. Scruite ipsi domi  
 no in timore & exultate in tremore. Osculamini filium ne  
 irascatur & amittatis uiam, Quum axarserit uel modicum  
 ira eius. Quenã sit uia, de qua propheta admonet ne amitt  
 atur, ille docet qui ait, Ego sum uia, ueritas & uita? Hanc  
 amisisse uiam, malorum utiq; omnium extremum est. Quo  
 enim uadat, qui uia simul ac duce Christo caruerit? Id quod  
 necesse est euenire omnibus, qui Christo gloriam anteferrunt  
 huius mundi. Ludimus in his terris, uoluptatibus & fluxas  
 rum rerum successibus ebrij atq; præcepta Dei pariter &  
 spiritus sancti minas iocum putamus. Vereor tamen ne tem  
 pus propediem propinquet, quo tam inauspicati nos iudi  
 ciumq; poeniteat. Vulgare uerbum est, Insignes insigniter de  
 linquunt, maximè peccant maximi. Verum ferendum ut

Psal. 2.

Iohan. 14



eunq; foret, si principes nunc & reges cum Claudio morantes intra edicta se Claudiana continerent, modo subiectis non pro iumentis quoq; abuterentur. Sesostris rex Aegyptius quondam superbiae uel stultitiae potius tam insolentis fuisse proditum est memoriae, ut quotannis reges aliorum iungeret, eoq; modo triumpharet. At hodie timendum, ne sint inter monarchas Christianos quoq;, qui missis interrim sub iugum & religatis ad temonem totis regionibus triumphent & uelut antropophagi quidam subiectorum suorum, carne, sanguine alimenta suo praeparent abdomini, tantus contemptus timoris dominici, tantaq; pietatis incuria inuasit omnium animos.

DE LICINIO VALERIANO ET RE-  
rum humanarum uicissitudine atq; inconstan-  
tia. Cap. II.



Romanus Imperator Licinius Valerianus bello uictus à Sapore Persarum rege, captusq;, quidquid reliquum sibi fuit eui in ignominiosa & miserabili seruitute transegit. Nam quoties rex equum erat inscensurus prostrati & incuruati eius humeris, ceruicibusq; ceu scabello cuidam admoto pedem imponens inscendebat, non citra ingens ac perpetuum dedecus Romani totius imperij.

Hic Valerianus documento est, ne plus nimio felicitati fidamus humanae. Nemo enim mortalium tam beatus est, quin fieri possit miserrimus.



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

Nemo tam praevalidus & eminentis est potentiae, q non casu  
 sit extremae sortis obnoxius. Nemo tantis fultus opibus, cui  
 non esse formidini debeat futura rerum omnium inopia. An  
 ceptus est atq; caduca humana omnis excellentia. Leui momen  
 to pessum it quamlibet sublimis & florens mundi huius sceli  
 citas. Breuiter forma, robur, genus, potentia, opes & confi  
 milia his alia, quibus mortales auctoritatem uulgo & beati  
 tudinis opinionem sibi conciliant, fortuita sunt omnia, ambi  
 gua, uaga, imaginaria, plena fuci atq; compertissima uari  
 tatis. Insanire mihi uidentur uelut infirmitatis humane pas  
 rum docti pleriq; saeculi huius dynastae, qui non satis habent  
 per aequa & iniqua ingentes opes pauperum sudore atq;  
 cruore congeßisse, nisi bene merentibus interim & longe  
 alia mercede dignis odium quoq; & contumeliam reponat.  
 Vir bonus & humanae uicissitudinis peritus frenat ac domat  
 suos ipsius animos, ne quid in alios criminis committat,  
 cuius ipse iusto Dei iudicio sit aequas talionis olim poenas sui  
 turus. Magnae stultitiae est, nescire se esse hominem, maioris  
 credere si quid peccatum sit impune futurum, maxima, fin  
 damentum & materiam uitae felicitis & immortalis e rebus  
 terrenis & mortuis petere. Rerum renituntur naturae atq;  
 cum Deo pugnant, quod aiunt, qui humana freti solertia sa  
 lutem sibi perennem in hoc mundo & felicitatem nulla  
 fortuna uiolabilem parare moliantur, quum in hoc ipsum  
 mundana omnia creata sint atq; digesta, ut eorum nihil sit  
 perpetuum, nihil stabile, nihil diuturnum. Nihil habemus in  
 hac mortali uita de quo tanq; nostro gloriemur. Nihil certi,  
 nihil fidi aut firmi possidemus quamdiu uiuimus. Nunc sum  
 mi sumus nunc infimi, nunc opulenti nunc inopes, nunc lei  
 nunc

nunc tristes, nunc sani nunc ægri. Et omnino quemadmodū  
in aduersis propediem secunda expectamus, ita in secundis  
nihil præstolamur certius quàm aduersa.

Humana uita comparatur circulo,  
Qui semper in nouis rotatus orbitas

Miseros diu esse uel beatos non sinit.

Vnde grauitè simul atq; prudenter Hecuba ceu utriusq; iā  
fortune uices experta apud Euripidem.

Ου τοὺς κρατώτας χρεὶν κρατῆν ἢ μὴ χρεῶν

Οὐδ' εὐτυχεῖσσι εὐδοκῆν πράξεν ἄει

Καὶ γὰρ γὰρ ἦν ποτ' ἄλλαν αἰὼν οὐκ ἴμ' ἔτι

τὸν πάντα δ' ὄλβον ἡμᾶς ἐν μ' ἀφείλετο. Et inferius ali-  
quanto miseraturus miserabilem et luctuosam tantæ regis

ne sortem præco Talthybius hisce uerbis exclamat.

ὦ γαῖ, τί λέξω; πότερ' ἄν' ἀνθρώπουρ ὄξῃν;

ἢ δ' ὄξῃν ἄλλωρ τῶνδε κεκτῆσθαι μάτῳ;

Ἐνδ' ἡ δοκῶτορ δαιμόνων εἶναι γένος;

Τύχῳ δὲ πάντα τῶν βροτοῖρ ἐπιτκοπῆν;

οὐχ' ἢ δ' ἀνασσα τῶν πολυχρῆσων φρυγῶν;

οὐχ' ἢ δ' πριάμου τοῦ μέγ' ὄλβιου δάμαρ;

ἢ νῦν πόλιρ μὲν πᾶσ' ἀνέσκηκε δόρι,

αὐτῆ δὲ δούλῃ γράνῃ, ἀπαίε, ἐπιχθονί

χῆται, κόνει φύρουσα δ' ὕσλων κάρα.

Fortuna mortalium eodem stare uestigio nescit, sed reci-

procatis uicibus nunc miseros euehit in altum, nunc rur-

sus ceu factorum poenitens aut oblita propositi sublimes illos

et beatos in extreme miserie barathrum præcipitat. Est igitur

turb hominis cauti atq; sobrie sapientis non supra modum uel

fidere suis opibus uel prosperis esse ferri successibus, sed sciri

Euripides

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

per uelut seruum fugitiuum habere suspectum quidquid sine  
mundane seu humane felicitatis possederit, spe præcipua  
& fiducia omni in Deum fixa, qui unus pro uniuersisq; mo-  
ritus bonorum omnium uel diuites facere nos potest uel in  
opes.

DE VXORE PHILONIS PHILOSOPHI, ET CON-  
tra exquisitiorem cultum fœminarum.

Cap. III



**V**Xor Philonis Philosophi percontata  
ti quur in cœtu matronarum non  
ipsa coronam gestaret auream, alia  
inquit, mulieres hoc utaneur ornata  
mihi satis ornamenti est ipsa uirtus  
mariti. Præclare quæ illa et ut matro-  
nâ honestam decebat. Exhibet autem  
sexui fœminino cultus moderandi memorabile  
le exemplum, uel ethnica. Est enim sobriæ & inculpatis mo-  
ribus mulieris meminisse modestiæ & non tam uacare co-  
mendo corpori quàm uirtuti meditandæ dare operam. Corporis  
cultus exquisitior morum leuitatem atq; stultitiâ arguit, non  
modo mulierum sed uirorum quoq; probato & nunquam  
fallaci argumento. Haud enim fieri potest, ut formæ studio  
sus præstet sapientia, quandoquidem nihil tam à sapientiâ di-  
uersum quàm studium rerum friuolarum & nullum præ-  
cipuum operæ neq; bonæ frugis aliquid afferentium, præcipue  
si ad hoc prauæ quoq; mentis malum & offensa proximi ac-  
cesserit. Recte sanè habet uulgare dictum. Ornatam corpus

inornati animi symbolum est. Nam qui nitore uestium ac cæ-  
 teris iuxta mundi suffensimum pigmentis, myrothecijs, pha-  
 leris, monilibusq; preciosis & magno constantibus pulchri-  
 tudinis captant opinionem, hi non modo manifestarias fatui-  
 tatis notas, sed iniquitatis quoq; euidentissima præ se ferunt  
 argumenta, utpote ipso cultu ceu rerum per fas & nefas  
 partarum indice quodam latentia sub ouillo schemate lupi-  
 na flagitia, hoc est fraudes, iniurias, rapinas palam traducen-  
 tes. Itaq; quum primores mundi atq; præsides populorum  
 ex crumena, quod aiunt, nõ ex uirtute nobiles in morem ido-  
 larũ purpuratos, auratosq; per fora & plateas ad exemplũ  
 Sibaritarum incedere conspicio, hæc uerba & consimilia  
 mecum tacitus animo uoluere soleo, O miseri, quot & quan-  
 tis malis ista bona parastis? Difficile sane est, parare diuitias  
 citra malum proximi, maxime magnas, ut haud ociose Chri-  
 stus mammonam iniquum dixerit. Nam parente iniquita-  
 te nascitur opulencia. Vnde haud mirum, si proles parentem  
 retulerit, Toleranda tamen utcumq; fortasse foret iniuria  
 diuitum et iniquitas, nisi pleriq; de opibus male partis peius  
 gloriarentur, dum uidelicet non solum ipsi semet in scelerat-  
 tarum artium ostentationem supra honesti modum uestiunt,  
 sed liberos quoq; suos & uxores auro nonnunq; & gem-  
 mis operiunt. Cæterũ quemadmodum lolia, lappas, corcho-  
 ros & si qua sunt alia segetum, olerumq; reiectamenta læ-  
 tius q̄ optatur interim excrescere uidemus, etiam si nihil ad-  
 moueas letaminis, ita, opinor, neq; incitabulo egebat ullo aut  
 fomento temeritas, quæ in modum scenogreci uel citra curã  
 aliquã & magistri opam abunde satis luxuriat. Iam ut ipsi  
 cultu immodico modestiæ Christianæ limites excesserimus.



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

**Tertulli.** Audiamus Tertullianum in libro de cultu foeminarum. Leporocinia formae, inquit, nunquam non prostituto corpori coniuncta. Et recte sane. Lupas enim & meretrices decet facies & ornamentorum luxuries, non matronas honestas atque  
**CHRISTIANAS.** Porro cultus meretricius euidentissimus prostituti corporis index est. Neque aliud uerius conueniens hoc prouerbio, ubi non pudor ibi neque pudicitia. Propterea non raro usu euenit, ut nonnulli uxores dum indulgentius comunt prostituunt, atque dum placere uolunt & esse ueritati beneuoli non solum ad necessitatem sed ad uotum quoque sufficientes omnia, lenones fiant. Foemina compta & alioqui etate bona & genitiua formositate conspicua, quae alio modo uoluptati, laqueus est, ignis est, gehenna est, nimirum allicita, captiua, perdit non solum plebeios, sed etiam sapientiam praestantes uiros & simul perditur cum illis, ad similitudinem hominis in aqua pereuntis, qui proximum quemque corripit secum trahit in exitium, ut non de nihilo natus existeretur Graecorum ille senarius.

ἔκ τῶν γυναικῶν ὄλλυται κόσμος μέγας.  
 Nihil oculo foeminino acutius, nihil forma potentius, nihil conuictu periculosius & magis uipereum. Huius rei testis antiquissimus poeta Musaeus est hunc in modum canens.

**Musaeus.** Κάλλος γὰρ περὶ πῦσον ἀμαμῆτοιο γυναικός  
 ὀξύτερον μερόπεσσι πέλει πηρόεντος οἴσου.  
 ὀφθαλμός δ' ὀδός ἐστιν, ἀπὸ ὀφθαλμοῦτο βολάων  
 ἔλκος ὀλισθαίνει ἢ ἐπὶ φρένας ἀνδρός ὀδύνα.

Testis etiam apud Euripidem Hecuba his uerbis de He-

lena loquens.

ὡς τῶν Λάκωναν σύγγονου Διοσκόρου  
ἔλυντο ἰδοίμι. διὰ καλῶν γὰρ ὀμμάτων  
αἰσχισα Τροίαν ἔλε τῶν εὐδαίμονα.

Euripides

Testis item apud Sophoclem in Trachinijs Deianira, cuius  
de Iola loquentis hæc uerba sunt.

τὸ κάλλος αὐτῆς. τὴν βίου δ' ὠλεσεν  
ἢ γυν. πατρώων οὐχ' ἐκούσα δ' ὕσμωρος  
ἔπερσε, καὶ δούλωσεν.

Sophocles

Ex authorib. pphanis afferre plura testimonia nō est cōsili-  
um, nimirum decantata uulgō atq; protrita neq; magno-  
pere necessaria. In sacris autem litteris quid amor possit &  
forma muliebris haud obscuro documento est minis & ar-  
miserex ille atq; Dei pariter & hominum contemptor Ho-  
lofernes, item Samson mōstroso crinis fatalis robore celebris  
& sanctus adulter & homicida David cum omnium sapien-  
tissimo filio Salomone & alijs non paucis neq; ignobilibus  
uiris, qui suis lapsibus fidem faciunt uerum esse id quod nus-  
quam non uulgi sermone teritur. Fœmina quanto pulchri-  
or tanto perniciosior. Reuera enim calice inebriatur Baby-  
lonico, re uera Nessæa tunica amicitur, quisquis fuerit fœmi-

narum Sireneis dolis & exitiosis implicatus amoribus.  
Hæc eō dixerim, ut licentia cultus muliebris intra modum  
Christianum coerceatur. Non enim de lege Oppia quam  
Romane quondam uel inuito Catone abrogauerunt reuo-  
canda rursum ac restauranda nobis negotium est, sed de pro-  
pugnandis & in debitum locum afferendis mandatis Christi  
que cum totius iam propemodum Christianismi peste atq;

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

pernicie nusq̄ non despecta atq; calcata uidemus. Porro qua  
 lis ornatus conueniat mulieribus Christianis et Paulus edo  
 cet in prima ad Timotheum epistola, cap. 1. & Petrus in  
 prima cap. 3. ad quos tanq̄ Christiane salutis primarios do  
 ctiores lectorem studiosum remitto. Certè non auro, sed uir  
 tute pulchritudo uera paratur. Aurum non ornat, sed uelut  
 neuis quidam turpis & indecorus ac labes pestilens sca  
 dat Christianum corpus atq; contaminat. Pulchritudo Chri  
 stiana, innocencia est atq; iustitia, qua non huic mundo sed  
 ipsi deo placetur. Hæc utiq; diuino munere creditur prouenire  
 mortalibus, per fidem tamen, sine qua innocencia omnis  
 uoxia, iustitia omnis iniusta. Hanc igitur qui ambiunt, non  
 qua mundus ruit, sed qua Christus ducit uia grassentur oportet.  
 Nam pulchritudine mundana una cum suis cultoribus  
 nihil turpius. Cæterum si quis nostris assertionibus atque  
 consultis apostolicis parum persuadetur (Sunt enim quibus  
 Mosthus & Ambra putent) uel à Socrate Platónico descat  
 qualis pulchritudo sit appetenda, qui sub amœna illa & um  
 brosa Platano cum Phædro recubans hac suis deis oratione  
 supplicauit. O amice Pan & alij, qui hunc incolitis locū Dei,  
 date mihi, ut pulcher intrinsecus efficiar & quæcunque ex  
 ternæ habeo internis amica sint. Diuitem autem solum sapientem  
 entem putem. Tantum uero mihi adsit auri, quantum neq;  
 ferre neq; trahere possit alius nisi uir temperans. Huic ora  
 tioni confine est & illud eiusdem Platonis, qui quum è secta  
 toribus quendam curandæ cutis atque faciei uenustanda  
 comperisset studiosum, ἀφρον, inquit, ἐὼς ποτὶ σοὶ μὲν τὸ  
 ὀμοδομαῖς δὲ σμοτῆριον;



LIBER QVARTIVS. 114  
DE CAMBYSE REGE IVDICEM PECVNIA COR-  
ruptum deglubente, ac de officio iudicis

quedam. Cap. III.



Ambyses rex, qui mortuo patre  
Cyro Persarum suscepit imperiū  
comperto Sisannem unū e iudici-  
bus regijs, uirū alioqui percharū  
sibi & utilem accepta pecunia in-  
iustā tulisse sententiā, arreptum  
ipsum iugulare ac deglubere, mox  
pelle excoriati uestiri tribunal &

in eo sedere filium ipsius Otancem præcepit, identidē admo-  
nens ne obliuisceretur in quo tribunali iudicaret. Huius hi-  
storie simulachrum inter cætera spectacula & ludos sceni-  
cos ediderunt id temporis principes nostri Bihelmus &  
Ludouicus Bauriæ duces in ciuitate Monacha præsentē  
atque spectantē Carolo, V. Romano imperatore non sine  
mirabili & uisendo minorum & rerum omnium appara-  
tu. Quare utq; significatū est, nihil eque congruere uiris  
primarijs, qui ius dicunt atq; cognitionibus disceptationum  
forensium præsumunt, quam ipsum iustitiam. Hæc n. una uirtu-  
tum omnium est regina & imperatrix. De qua Aristote-  
lis and ignobile illud extat elogium. ΕΥ ΔΕ ΔΙΝΑΙΟΣ ΟΥΝ  
ΕΥΔΑ ΜΕΤΩ ΤΑΞΕΤ' ΕΣΤΙΝ. Hæc omnibus quidē ex equo  
suspicenda, peculiariter tamen ueneranda iudicibus, ni-  
mirum citra quam nec ius ullum neq; ipsum iudicium, no-  
menq; consistere potest. Nam qui spreta equitate ad suum  
compendium torquent leges, uidgōq; donis ac precijs gratiā  
uindiciantur et sententijs, latrones sunt ac prædones mane

Aristote



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

festarij non iudices habendi. Nihil enim refert fraude qui-  
 quem an ui depraedetur. Nihil refert, latronis telo an iniqui  
 sententia iudicis quis pereat, nisi quod grauius peccant qui  
 nocent praetextu iustitiae quam qui aperte uim inferunt, quae  
 admodum & magnus ille Basilius episcopus Casariae testi-  
 monio est his uerbis. Εὰν γὰρ τις τὸ κακὸν ἐν πειρασμῶν  
 τι τοῦ ἀγαθοῦ πο. ἤ, διπλασίονος τιμαρίας ἐσθλὰ ἔργα  
 Est autem iudicis, primū auribus aequis utramq; audire par-  
 tē, deinde nullo partium respectu pro illis, nō quibus ipse, sed  
 quibus ius & fas fauet liberam ferre sententiam. Non enim  
 q̄ plus pecuniae dederint, sed qui plus iuris habuerint uincere  
 re debet in iudicijs. Neq; alicuius opibus aut inopia moueri  
 debet iudex, quo minus uel puniat facinus uel innocentiam  
 tueatur, sed liber ab oī gratia et odio iusti iudicis fungatur of-  
 ficio, ipsamq; meram & sinceram legum aequitatem sequere  
 atq; constanter exerceat, non tam in hominū se quam in ipsi-  
 us Dei conspectu iudicaturum existimans. Homines falli pos-  
 sunt. Deus non fallitur, qui ubiq; praesens oīa uidit & audit.  
 Nihil igitur magis commendat iudicē, nihil magis ornat, q̄  
 obseruās perpetuò iustitiae & nullo fauore aut odio ab equo  
 mobilis animus. Ceterum quamuis cū primis intersit eius, q̄  
 praeficitur iudicijs, ut sit iustus & instar bilanciis probe neu-  
 trā in partem declinet, fieri tamen potest, ut nō citra insignem  
 laudis aliquod praekonium rigor iustitiae humanitatis lenitu-  
 dine misceatur. Certē clementiores conuenit esse nos punien-  
 dis maleficijs pauperum quam diuitum. Diuites enim  
 inexcusate peccant & nullam iustam & quae uel in specie  
 honesta sit occasionem peccandi praetexere possunt. Paupes  
 ipsa rerum inopia plerumq; coguntur ad facinus & hanc

ob causam misericordia digniores humaniter iudicantibus  
quàm poena uideri debent. Proinde si quando decedendum  
à seueritate iuris fuerit & a legum præscripto quadamte-  
nus diuertendum, in eam potissimum partem declinare de-  
bet iudex, quæ humanitate uidebitur uicinior. Nam iudex  
Christianus mansuetudinis & misericordiæ debet esse cultor  
non pauperum uexator truculentus & sanguinarius carni-  
fex. Imò & ipsa iustitia uirtutis nomine orbatur, orbata co-  
mitatu misericordiæ. Adhæc si remoto inuolucro nuda est  
& absq; tectorio proferenda ueritas, periculosa mihi admo-  
dum res atq; plena timoris uidetur, hominem Christianum  
uel quoquo modo partes agere iudicis, expendenti uidelicet  
illud Euangelij, Nolite iudicare, ne iudicemini. Est enim pe-  
rius, ne iudex corruptior interdum sit atq; contamina-  
tior eo, qui iudicatur. Non autem fas est, ut Iudas Barrabã  
cædis condemnet aut rursus Barrabas Iudam proditionis,  
multo minus ut Simon magus Simonem Petrum impietatis  
Neq; malus mali, neq; malus boni bonum & legitimũ ager  
iudicem, sed contra bonus malum, iustus iniustum emendet,  
ne cesse est. Decet ergo esse iustum in primis eum, qui aliorũ  
sit iniustitiam puniturus. Atq; tales aliquot numero fortasse  
reperias fallaci quidem ac cæco hominum iuxta faciem iudi-  
cantium & suis quemq; rebus in propatulo gestis aestiman-  
tium iudicio probatos, apud deum uero, qui penitissimos hu-  
mani pectoris recessus introspicit, quis iustum se esse gloria-  
bitur? quũ nemo uacet uitio & alius alio errore delinquat?  
Mico iudicio misericordissimus quisq; iustissimus est. Certè  
misericordes misericordiam consequentur. Misericordiam  
dei dico, sine qua nemo iustus, quãdoquidem iustitia nostra

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

omnis non aliunde q̄ gratiæ & misericordiæ diuinæ beneficio nobis prouenit. Hæc eo dixerim, ut ponderent iudices  
 CHRITIANI, quid sit iudicari hominem ab homine, & si  
 humanam infirmitatem in proprijs sceleribus agnouerint,  
 aliquanto sint in puniendis alienis mitiores. Iam uero si ho-  
 minum errata quædam ferenda sunt, ut Christi omnium in-  
 dicis gratiam emereamur, profectò ad pauperum lapsus con-  
 niuendum est, quos Christus nusq̄ non commendat iudicio.  
 Patet igitur pauperibus quidem uel necessitate aliqua uel hu-  
 mana fragilitate & fraude diaboli ad facinus impulsis con-  
 uenire gratiam & misericordiam, diuitibus autem & mali-  
 tia destinata peccantibus iudicij terrorem congruere. Nam  
 & peccatū inuitè factum animaduersionem nõ meretur, &  
 nisi malorum uiolentia coërceatur nulla reuoluntatis. aut reg-  
 norum poterit esse trāquillitas. Præcipue tamen in oibus iu-  
 dicijs iudicibus omnibus ob oculos uersari debet uera illa et  
 unica iusticia, nimirum ipse iudex omnium Iesus Christus,  
 repensurus olim suam cuiq; pro rectè uel perperè factis mer-  
 cedem. à quo haud dubiè qui cum misericordia iudicant cum  
 misericordia iudicabuntur. Vidi morem quatuoridã reuoluntatis  
 ut in iudicijs capitalibus non solum peracto iam reo præsent-  
 tur sed etiã ante ipsum iudicem statuatur imago Christi cru-  
 cifixi. Hunc morem non possum nõ laudare, quamq̄ in oibus  
 si iudices namarij atq; δ'ωποφ' & γοι hac tempestate omnes  
 forent excarnificandi aut iugulandi, haud dubitarem stragē  
 illa nobili Romanorum apud Cannas maiorem futuram,  
 adeò pestis hæc ceu cæcer quidam in corpore humano gra-  
 sans per fora & aulas principum inualuit.



DE DICTO CATONIS FESTIVO, ET  
 contra superstitionem, & futura predicere nō  
 esse hominis. Cap. V.



Ato ille Romanæ quondam censuræ  
 columen ac decus consultus à quodā  
 anxie superstizioso, qui sibi caligas  
 rosas dicebat ab soricibus, uelut hoc  
 ipso nescio quid futuri mali portende  
 retur. Non est, inquit, hoc monstrū

si sorices caligas rodant, sed re uera monstrū foret si sorices  
 roderentur à caligis. Lepido sanè responso neq; tamen stro  
 phe aut stomachi experte homo cordatus nebulonē ineptū  
 & stulta superstitione attonitum perculit & ab se abegit. Et  
 id quidem iuxta uulgatam parœmiā. Quale quæsitū tale re  
 sponsum, et stultè quæsitis responsa sapientia non cōgruunt.  
 Nihil enim est, cuius uirū bonum pigeat magis q̄ si rebus fri  
 gidis & friuolis operam qualemcunq; cogatur impendere.  
 Atq; uel alioqui rei propemodum nullius maior solet nasci  
 penitudo sanæ mentis hominibus q̄ temporis perperā & in  
 utiliter consumpti. Nihil tamen miri, si cæca ueri uetustas in  
 finitis ineptijt erroribus. Nondū enim uenerat, qui tenebris  
 mundi solē inferret. A Christo autē passo & uerbo Dei iam  
 diuulgato per orbem, scelus indignum toleratu uidetur, si  
 quis ritibus & moribus ethnicorum Christianam pietatem  
 polluerit. Verum neq; desunt usquā uel seculo nostro, qui  
 paleas frumento præferant, fastidientes quidquid synceram  
 resupuerit religionis Christianæ puritatem. Noui haud pa  
 rā multos, & inter hos qdē, si superis placet, uiros aliquot  
 in ecclesia primarios Catone incertum consule an censore



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

digniores. Nimirum sunt & hac tempestate, qui stupescant  
 ad uolatum accipitris & ad feralem bubonis uocem perbor  
 rescant. Sunt, quos crocicans coruus aut cornix garrula  
 sollicitet. Sunt quibus peregrè profecturis formidini sit pes  
 fortuito ad limen offensus aut quomodocumq; uisus in itinere  
 lepuseculus. Sunt, qui phasmata somniorum, oraculorū instar  
 obseruent atq; excutiant. Sunt etiam, qui sacris & execran-  
 dis magorū, sagarumq; uanitatibus addictiores uideantur  
 quam Christiane patitur pietatis professio. Deniq; sunt, qui  
 ad ueneficia uel exercenda carminibus impijs uel arcendis  
 amuletis utantur parum Christianis, nihilq; non agant omni-  
 nibus undecumq; captis. His & consimilibus ineptijs Chris-  
 tianas mentes diabolus ludificat, sudans & satagens modis  
 omnibus, ut illas uel formidine cassa uel futuri nimia & su-  
 peruacanea curiositate à diuina ueritatis cultu auocatas in  
 irrequietum & insanum & nemini non sane sciam & leu-  
 rum gentilium errorum pelagus immergat. Non autem de-  
 cet ut homo Christo iuratus deridendum sua sponte diabolo  
 sese propinet. Non decet, ut cuius nusquam non custos & ser-  
 uator Christus praesens adest, plus æquo Satanae minus  
 atq; terri culamenta contremiscat, multo minus ut quibus-  
 libet impiè delirantium nugamentis aut superstitionibus  
 anilibus moueatur. Homini Christiani spes omnis radicata  
 & fixa esse debet in uno Christo, neglectis atq; despectis  
 ceu caecis & uanis & impijs augurijs & uaticinijs & om-  
 nibus humanis omnibus. Non est humanarum uirium futu-  
 ra praenoscere.

Statius.

Quid crastina uolueret etas

Scire nefas homini,

ait ille. Et Heliodorus libro Actiopicōn quarto, τὸ ἄδ' κλον **Heliodor.**  
 inquit, τῆς τύχης ἀνθρώποις ἄγνωστον. Et Isocrates, ἐμ τῷ  
 κατὰ τῶν σοφιστῶν οἶμαι γὰρ, inquit, ἀπασιν εἶναι φα-  
 νερόν, ὅτι τὰ μέλλοντα προγινώσκειμ' οὐ τῆς ἡμετέρας  
 φυσικῶς ἐσιν. In hunc quoq; modum cecinit Pindarus in  
 Olympijs.

σύμβολον δ' οὐ πᾶσις ἐπιχθονίωρ  
 πισόν, ἀμ φὶ πρᾶξιός ἐς  
 σομείας, εὐφρα θεόθεν.

Pindauus

Τῶν δὲ μελλόντων τετύφλωνται φράσαι.  
 πολλὰ δ' ἀνθρώποις παρὰ γνώμαρ' ἔπεισερ.

Tam doctus est nemo, nemo tam perspicax.  
 Vt præsciat quid crastinus ferat dies.

Scimus præterita præsentia cernimus, futura in manu dei  
 sunt. Sultum est sectari scientiam rei scitu impossibilis. Stul-  
 tum est arrogare sibi hominem, quæ præter deum siue mor-  
 talium seu immortalium nemo potest. Quo maiore derisu  
 excipiendi sunt, quicumq; uel ingenio uel arte ulla uel super-  
 stitione potius freti futura se prædicere posse gloriantur,  
 & inter primos Astrologi, genus hominum superstitionis  
 sum, prophanum, indoctum, temerarium, tam effrons,  
 ut quotidie uel in apertissimis mēdacijs depræhensū nugari  
 non desinat, ut haud ineptè dicatur mendacij parens impu-  
 dentia. Nam si quid frontis haberent impudentissimi nugari  
 uendi, artem illam mendaciorum fabricandorum toties iam  
 ab ecclesiæ doctoribus explosam sacris litteris non præfer-  
 rent, mallentq; ipsi discendo Christi esse discipuli quàm do-  
 cendo & uaticinando ecclesiam Christi more Priscillianista-  
 rum tot mendatijs & superstitionibus inficere.

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM.  
DE PHILIPPO, THEODOSIO, DECIO  
imperatoribus & quid inter nostram & primitiuam  
ecclesiam sit discriminis. Cap. VI.

Eusebius.



Vusebius Cesariensis episcopus libro  
ecclesiasticae historiae sexto de Philip  
po, qui primus ex imperatoribus Ro  
manis Christianus fuisse & imperio  
Romano circa annum à Christo pass  
so ducentesimum serè praefuisse dicto  
tur haec scripta reliquit. At Gordius  
no, inquit, quum is per sex annos Romanum gubernasset  
imperium Philippus unà cum Philippo filio succedit. De  
hoc traditum nobis est, quod Christianus fuerit, cumq; in die  
Paschæ, id est, in ipsis uigilijs quum interesse uoluisset &  
communicare mysterijs ab episcopo loci non prius fuisse ad  
missum, quàm confiteretur peccata sua & inter poenitenti  
tes staret, nec ullo modo copiam sibi mysteriorum factam si  
si prius per poenitentiam culpas, quæ de eo ferebantur pluri  
mæ, diluisset. Ferunt igitur libenter eum quod à sacerdote  
imperatum fuerat suscepisse, diuinum sibi inesse mctum &  
fidem religionis plenissimam rebus atq; operibus compro  
bans. Hæc Eusebius. Fertur simile quiddam de imperatore  
quoq; Theodosio. Is enim subitario nuntio militis per forma  
tum Thessalonicensis populi tumultum occisi exandescens  
ac cædem uelut in sui contemptû contumeliamq; factâ ultra  
ire uolens ludos circenses æditurû se simulauit. Mox specta  
tû accurrentes ciues armato cinxit milite, eosq; signo dato  
prout quisq; fuit obuius magna strage cõtrucidauit, neq; se  
xus neq; ætatis, neq; fontium neq; infontium ratione ulla



habita. Ob huius atrocitatem facti quum arceretur aditu ec-  
 clesie ab Ambrosio Mediolanensi amissite atq; ad poeniten-  
 tiam hortaretur, agnouit peccatum & positus insignibus  
 imperatorijs poenitentiae publicae iugum obedienter subiuit  
 icuniorum atq; cilicij molestias patienter sustinuit, uerecur-  
 diam insueti loci & habitus animose deuorauit, tempus  
 poenitendi a Deo sacerdoti praefinitum obseruare religiosè  
 que compleuit. Hanc eius poenitentiam his uerbis expres-  
 sit Ambrosius in oratione de exitu, uita & uirtutibus ip- **Ambrosi:**  
 sius habita. Strauit, inquit, omne quo utebatur insigne re-  
 gium. Desleuit in ecclesia publice peccatum suum, quod ei  
 aliorum fraude obrepserat. Gemitu & lachrymis orauit  
 ueniam. Quod priuati erubescunt, non erubuit imperator  
 publice agere poenitentiam, neq; ullus postea dies fuit, quo  
 non illum doleret errorem. Hæc ille. Aequè constantis &  
 in retinenda ecclesiastica disciplina fortis animi fuisse fer-  
 tur Babylas Antiochenus episcopus & martyr, qui autho- **Chrysostr:**  
 re Chrysostomo imperatorem Romanum quempiam (quem  
 ego Decium fuisse suspicor. Nã in eius persecutione perijt)  
 ob puerum pacis obsidem interfectum templo eiecit, nihil  
 ueritus regalem strepitum ac satellitum turbam, quin manu  
 quoq; ipsum in pectus percuteret. Quid inter nostram sit  
 & ueterè illam primitiuãq; ecclesiam discriminis, hæc hæc-  
 nus dicta haud dubio documento sunt. Longè enim alia uete-  
 ris fuit q̄ nostræ facies, usq; eò, ut si unam alteri cõponas ni-  
 hil dicas diuersius, nihil dissimilius. Tenebat primas apud  
 ueteres doctrina Christi atq; euangelicæ & apostolicæ insti-  
 tiones legib. & iuribus humanis omnib. anteferebantur. Nõ  
 enim qd statueret homo, quamlibet magni nominis esset ille



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

atq; potentiae, sed quid Christus præciperet spectandum, & tum habendum, obseruandumq; putabant. Apud nos autem, horribile dictu, decretum Christi decretis humanis, diuina sapientia infelicitum atq; cæcorum hominum temeritate cedere cogitur. Regnabat apud illos uerbum Dei, patiebanturq; eo Christi ouilia puro & sincero & ab omni contagio seculi humane libero. Vnde indies magis florescebat operibus deo dignis ac populis regionatim ad Christum conuersis grandescere ecclesia. Apud nos contra doctrinam Euāgelicam atq; Christianismum totus adeousq; legibus & mandatis humanis irretitus, impeditus, captusq; est, ut nemo illi temporis absq; mortis aut ingentis periculi metu præcepit Christi obseruare, etiam si uelit, possit. Nam tatum sibi uerum si Christo placet, etiam episcopi pleriq; Christiani, ut suas leges etiam cum pietatis iactura obseruandas uelint. Ex quo uno ueluti malorum seculi nostri omnium capite ac seminario, primum infamia ingens atq; contemptus episcoporum totiusq; sacerdotalis ordinis, deinde haud minor strages & ruina populorum conplurium quotidie iam ab ecclesia deficientium secuta est. Legebantur quondam episcopi atq; pastores ecclesiastici in sua quisq; plebis presentia, eiusdemq; testimonio suffragioq; creabantur, homines uidelicet nota & spectata morum probitate, prestantes Christianæ, mundi & mundani strepitus contemptores, doctrinæ Euangelicæ atq; totius ecclesiasticæ discipline morisq; peritissimi simul atq; tenacissimi, & qui non solum uerbo, sed exemplo quoq; docere poterant commendata sibi ouilia Christi

Christi. Ad euitandam uero imposturam & ne ouibus lupus aliquis euentis pietatis furore personatus pro pastore obreperet, adhibebantur in consilium uiri ex episcopis & sacerdotibus fidiſſimi quiq; atq; spectatiſſimi totius uiciniæ. Hoc die ad munus pastorale metropolitanum quidem nemo se re admittitur, nisi uel princeps sit uel principe natus uel alio qui stemmatis ac diuitijs principi proximus, cæteris uero minorum ciuitatum ouilibus, ut plurima quisq; dare donareq; poterit, ita maxime partim à metropolitanis episcopis partim à mundi principibus præficiuntur, calculo plebium ac iure uelint nolint spreto atq; contempto. Emitur enim hac tempeſtate & uelut hasta posita uenum in ista functio, neque ullus ferè citra precium opilionis dominici ius assequitur. Vnde fit quoq; ut pro modo diuitiarum pluribus quis aut paucioribus ouilibus præſit, Sunt enim qui bina sunt qui terna, sunt etiam qui quaterna aut adhuc his plura possideant ouilia. Neq; refert qualis quis fuerit, aptus an ineptus, dignus an indignus? Abundè aptus est, abundè dignus modo diues. Nam siue pascat seu macet nemini curæ est. Hac licentia & incuria factum uidemus, ut ipsi quoq; inter se pastores ouilia ouilibus perinde ac asinorum greges commutent, emant etiam & reuendant, uendant & redimant quoties fuerit libitum modo spes aliqua lucri maioris affulserit. Taliū nūdinatorū et Simonū quos et ipse Christus templo expulit et Petrus tāq; Satanae mācipia gratiæ diuinæ incapaces putauit, plena nunc est ecclesia, non sine primo & ultimo malo animarum cateruatim pereuntium, uel ut rectius dicam, totius CHRISTIANISMI. Non enim spes est, ut qui Simon intrat ouile, Petrus exeat. Nam quemadmodum uul-

## CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

go dici solet, mali principij malus et finis. Et secundum ceptu  
 dum exitu. Quin & impossibile mihi uidetur, ut qui per qua  
 stum & propter quaestum pascendis CHRISTI gregibus  
 praesunt uel ipsi fiant uel alios faciant meliores. Absit enim  
 gratia caelestis bonitatis omnis fons & origo, qua perditur  
 non paratur pecunia. Hanc ob causam uideas passim pastores  
 ecclesiasticos indecoris et sordidis lucris inbianes mercatura  
 dare operam, inferuire uetri, meretricijs amoribus contamina  
 ri, lautitiarum studiosos, uinolentos, fastuosos, insatiabiles  
 pecuniae, ad errata aliena oculatos, caecos ad sua facinora,  
 alijsq; pudendis & erubescendis uitijs & flagitijs addictos.  
 His moribus intra ecclesiam receptis & iam usu multo ac  
 diuturna consuetudine constabilitis huc uentum dementia  
 est, ut ineptissimus quisq; pascendo gregi CHRISTIANO  
 praeficiatur, puteturq; optimus qui pessimus fuerit atq; det  
 terrimus. Tantum enim absit, ut uel sanctimonie studeatur  
 uel pudeat infamis & inhonestae uitae, ut pleriq; ex prima  
 tibus ecclesiae more militari palam ipsis uitijs glorientur.  
 Apud ueteres licet erant interdum inter pastores, qui ter  
 ram caelo, mundum CHRISTO praeserrent, ut nunquam  
 lolijs caruit ecclesia, tamen studium rei prophane utcumq;  
 uel simulate uirtutis tegebant imagine. Hodie fronte  
 plane perscripta perinde quasi uirtuti & omni simul ex  
 aequo sanctimonie, pietatiq; indicto bello palam datur opera  
 ra sceleribus religioni CHRISTIANAE aduersissimis  
 & quod uel ethnicis summae turpitudini esse uulgò credi  
 tur, id episcopi atq; pastores pleriq; summae sibi esse laudi  
 existimant. Atq; demirantur nonnulli & leuitatem stultitia



hinc; causantur, quod pleræq; ciuitates id temporis, populi-  
 que non pauci à quibusdam nouarum rerum studiosis, pa-  
 rumq; sobrijs doctoribus decepti deficiant ab ecclesia, quum  
 ipsi pastores atq; primores ecclesie dictis pariter & factis  
 offendiculo sint omnibus. Vera est illa Græcorum parœ-  
 mia. Ἰχθὺς ἐν τῆς κεφαλῆς ὄρεν ἄρχεται. Neq; nostra  
 minus uera illa. Qualis dux, talis exercitus. Quibus enim  
 uerbis militibus animos augebit, eosq; ad fortiter agendum  
 extimulabit imperator ignauus ac timidus? Qua ora-  
 tione animabit oues CHRISTI pastor ad coercendas ani-  
 mi cupiditates, ad spernendas opes, ad calcandas huius mun-  
 di uoluptates & ineptias, si ipse totus fuerit inexplendis cu-  
 piditatibus, aggerendis opibus, fruendis uoluptatibus, inep-  
 tijs occupatus? Quis credat auaro de contemptu mundi  
 concionati? Quis audiat sine stomacho de castitate præ-  
 cipientem fornicatorem notrium? Quis ferat ebrium  
 disputantem de ieiunijs? Quis de timendo Deo nepotans  
 tem dies & noctes in delicijs? Immo quæ ouicula non  
 fugiat lupum? Quis mortalium, qui modo sane sit memis-  
 tecum ducem sequatur? Quid igitur miri, sit tot pastorum  
 offendiculis tot oues pereant? Audiatur beatus martyr Cy-  
 prianus. Propter quod, inquit, plebs obsequens præceptis Cypriani,  
 dominicis & Deum metuens à peccatore preposito separa-  
 re se debet, nec se ad sacrilegi sacerdotis sacrificia miscere,  
 quum ipsa maxime habeat potestatem eligendi dignos sa-  
 cerdotes uel indignos recusandi. Et CHRISTVS ipse  
 in euangelio præcipit, ut oculum, id est sacerdotem ecclesie,  
 qui nobis offendiculo est, eruiamus & à nobis proiciamus.  
 Nimirum satius est, ut reliquum corpus ingrediatur uitam Origenes



## CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

*eternam citra membrum offendens, quemadmodum docet  
 Origenes, quam totum corpus ecclesie morbo offendiculi per  
 omnes currente mittatur in gehennam. Hoc loco licet aper-  
 te CHRISTVS doceat, ut oculum qui offendiculo sit, erua-  
 mus ex ecclesie corpore projiciamusq; ipsi nihilo secius  
 in corpore permansuri, nihil tamen miri est, quemada-  
 modum diximus, si simplicissime & infirmissime que-  
 que ouiculae pastorum uicijs offense extra ouile in deser-  
 tum fugiant, uociferantibus nusquam no hodie impostoribus  
 & pseudoprophetis, in deserto est Christus. Vnde tot iam  
 sectarum & factionum per totam Germaniam exortarum  
 non tam leuitati populorum ascribenda causa uidetur iuxta  
 quorundam sententiam quam socordie & ineptitudini pasto-  
 rum ecclesiasticorum, quorum pleriq; impuritate uite &  
 mundi delicijs omnes mundi principes exuperant. Habent  
 enim populi, quo culpae patrocinentur, habent, qua praer-  
 xant erratis. Erat autem pastorum diligentium dare opera  
 ne quis culpa ipsorum periret. Pastorum inquam, pastoru  
 erat, si unquam alio, hoc maxime tempore, oues imbecillas  
 roborare, errantes in uia reducere, ac diuisa, dispersaq; Chri-  
 sti membra in corpus unum colligere, fouere atq; sanare.  
 Verum non est eiusdem hominis inuigilare pecuniae conser-  
 rendae & studere pietati. Non est eiusdem hominis per om-  
 nem aetatem Venere & Baccho uacare & seruandis animis  
 esse sollicitum. Non est enim possibile, ut quis uentris pariter  
 & Christi agat negotium. Cessant, hallucinantur, oscitant  
 supini, socordes, parum curiosi siue salutis seu exitij com-  
 missarum ouium. Immo quo mollius uiuant & effusius in-  
 dulgeant genio, ut plane mercenarios agnoscat, sua tantum*

docent, sua querunt, sua conuerrunt, non que sunt Iesu Christi. Quibus si quid inesset mentis pastorice, iam dudum in cilicio & cinere lugerent ac diurnis nocturnisque lachrymis & plangentibus clamarent ad dominum, ut tantis iam ac tantis diuturnis tumultibus, cladibusque Christiane reipub. felicem tandem aliquem aut saltem tolerabilem largiretur exitum. Porro quis usquam uel senum uel iuuenum hoc seculo pastorem uidit ullum indutum cilicio? quis ieiuantem? quis macerantem se & flentem & miserantem commissi uicem populi? Antiquati sunt hi mores & uelut inepti & nimis prisca abrogati & ecclesia pulsata. Delicatus hodie uiuitur, & ut ipsi dixerint, urbanus atque ciuilius. Faciebat ista rudis & ignara mundicie antiquitas, dum adhuc ligna erant & absque opere albario templa Christianorum, dum sanguis Christi fictili calice potabatur a populo, dum Agape illa celebrabatur in ecclesia ex aequo pauperibus ac diuitibus communis, dum frugalitas luxui, opibus inopia preferabatur, pulchrumque erat pastoribus uel animam ponere pro ouium salute. Nunc alijs modis regitur ecclesia. Abierunt instituta pauperis uetustatis. In contrarium uersa omnia et mores cum seculo mutati sunt. Profecto ut uel sacco amicirentur uel flentes precarentur pro peccatis populi, etiam publico malo quantumque urgente, ne Demosthenes quidem aut haeret in re potentior Demosthene M. Tullius Cicero persuaderet nostris pastoribus, nimirum qui & sericum fastidiant & lachrymas ceu foedas & uiro parum decoras auersentur prorsus, abhominenturque. Hec eo dicere uolui, ut intellegamus non modo pastores nostrates esse distantes ueteribus illis primitiue ecclesie, uerum etiam omnem charitatem &

## CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM.

pauperum curam, quæ inter prima curæ illis erat, omnē poenitentiam, omnem censuram & excommunicationem, quæ uocant, omnem deniq; morem, disciplinamq; ecclesiasticam radicitus interijisse, adeo ut haud temerè reperias uel episcopum qui aliquem ex regibus huius mundi aut principibus quibuslibet à pietate CHRISTIANA exorbitantem uocet ad poenitentiam uel regem principemue, qui uocanti audiat episcopo. Verum quid ego reges loquor ac principes, quorum totus iam ordo sacerdotalis nomine morum parum laudabilem & uitæ notorijs criminibus defamatae uulgò male audiat, habeaturq; contemptui & ludibrio non modo à priuatis, sed à flagitiosissimis quibusq; planis & nepotibus, occidentibus interim illud euangelij, Medice cura temet ipsum. Hanc ipsam ob rem usu quoq; euenisse uidemus, ut nemo quamlibet scelerosus ac deploratae mentis prohibeatur accessu ecclesie, nemo submoueatur à participio corporis CHRISTI, non audentibus uidelicet pastoribus punire in alijs, quæ in semet ipsi agnoscerent flagitia. Nam qua fronte Verres Vatiniū uoculet? Quæ censura reum agat Cati-  
 lina Cethegum. Iam uero si quis ob nouitatem sceleris insignioris dignus uidetur, cui interdicatorum communio ecclesie, numerata statim pecunia culpam redimit & iustitiam san-  
 ctimoniamq; omnem pauculis numis emercatur, certus iam fauoris celestis & liber absolutusq; omni cura & molestis lachrymarum & agenda poenitentiae, siquidem non modo impunitatē scelerū omniū, sed si Christo placet, gratiā quoq; diuinā id temporis regina pecunia donat, ut nō ex nihilo natū sit nusq; non celebratum cauillum. Esse mutatas hodie religiones uices. Nam olim iuxta uerbum Seruatoris difficile



intrasse regnum caelorum diuites, numc facile. Et Christum  
 credentibus, pastores nostros ementibus promittere uitam  
 eternam. Hoc quoq; nonunc peioris esse conditionis inter  
 Christianos, qui minus habeant numorum. Ceterum dixerit  
 aliquis, num igitur & nos exeamus ecclesia ob uitā & mo-  
 res pastorum quorundam parum pios et illicitos? Absit. Pri-  
 mū quia extra ecclesiā nulla salus. Deinde nouimus dominū Matth. 24  
 nō solū fidos & prudentes dispensatores & seruos constitue-  
 re sup famulitium suum, sed pro meritis nostris malos etiam  
 qui dicant cunctatur dominus noster uenire, percutientes  
 conseruos, edentes & bibentes cum temulentis. Nouimus  
 etiam uaticinatum, pastores fore in ecclesia nō solum qui qui  
 nis & binis talentis acceptis duplicatam summam domino  
 reddant, sed etiā qui talentum in terrā fodiant, hoc est q cre-  
 ditam à domino sibi dispensationem terrenis & munda-  
 nis actibus conspurcent, eijciendi utiq; ob id iudice Christo  
 in comminatas tenebras exteriores, ubi fletus est & stridor  
 dentium. Præterea credimus ab ipsa ueritate persuasi, Chri-  
 stum bonum illum & germanum pastorem gregē suū tanti  
 emptum & sparsim per innumeras totius orbis caulas ceu p  
 municipia distributum atq; diuisum, nunq deserturum, etiā  
 si pastores mundi huius omnes ad unū desipuerint. Perstan-  
 dum igitur animo forti ac pertinaci est in ecclesia, atq; uni-  
 tati eius & paci summis uiribus consulendum. Nā fastiosi at  
 que ecclesiasticæ trāquillitatis temerarij turbatores, qui spre-  
 tis certis & irrefutabilibus catholicæ et orthodoxæ ecclesiæ  
 decretis ipsi sibi met incertas & nullo scripturæ calculo, nul-  
 lo ueritatis euangelicæ suffragio nixas, fultasq; sectas  
 condunt, uel si sapientia Salomonem, fide ipsum Petrum



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

præstiterint Christiani non erunt. Frustra enim gloriantur  
 Christi fide, qui non sunt in Christi ecclesia. Frustra comedunt  
 corpus Christi, qui non sunt in corpore Christi. Pastoribus  
 autem hæcenus consentiendum est atq; parendum, quatenus  
 Christo congruentia uel fecerint uel docuerint uel præcepe-  
 rint. In cæteris ferendi sunt potius q̄ cum tumultu ecclesie p-  
 sequendi. Non accedo acutus illis & mirabilibus nostri tem-  
 poris doctoribus, qui Romanum pontificem ut antichristam  
 episcopos alios ut satellites eius cathedris deturbandos citra  
 discrimen aliquod omnes & nulla nõ contumelia dignos ex-  
 istimant. Ego ita sum animatus in episcopos, pastoresq; ecc-  
 lesiæ, ut bonos dicam bonos, malos malos, & bonos quide-  
 uenerandos ut patres, malos uero ferendos ut tyrannos.  
 Neq; cuiusuis esse puto, episcopos in ordinẽ redigere. Viuunt  
 adhuc pontifex ille re uera summus & uerus pastor Christo  
 q̄ suos uicarios, quũ uisum fuerit uel honestet bonos uel ma-  
 los de solijs præcipitet, consulturus utiq; p̄ solita misericordi-  
 dia suis ouibus, easq; tot iã se uentium luporũ feritati exposi-  
 tas in pristinum aliquando pacis unitatisq; Christianæ statu-  
 uindicaturus. Hoc tamen dico, si sciretur quid sit pascere oves  
 Christi atq; res ipsa modo aliquo expenderetur, nõ modo iã  
 auidẽ appetituros multos pastiones ecclesiasticas, uerũ ple-  
 rosq; etiam, qui iam pastores agunt abdicata tam periculosa  
 functione manibus ac pedibus inde fugituros. Non. n. res  
 iocularis est, non ludicra, non momenti tenuis. Væ isti, cuius  
 culpa aut negligentia perierit uel minima Christiani  
 gregis ouicula. Profectò præstaret eum nunq̄ fuisse natum  
 quàm subire tanti uindictis iudicium. Non enim hoc nomine  
 Christus esse pastores in ecclesia uoluit, ut religionis prætex-

tu licentius peccent, ut opes acceruent, ut nepotetur, ut fornicentur, ut ecclesie pecuniam in usus prophanos mundanosque expendant, quod qui faciunt, oconomos diaboli non Christi vicarios palam se uel ipsis operibus ostendunt, sed ut uerbo pariter & exemplo commissas oues pascant, custodiant, conseruent, sibi que summo pastori sanas, pingues & multo factu auctas uenienti olim & reposcenti restituant. Errant, qui quas pascendas & saginandas accipiunt oues, suas credunt, & idcirco sibi ius uendicant mulgendi, tondendi, mactandi, deuorandi speciosissimam quaque. *Pasce oues meas ait Iohan. 21.* Christus ad Petrum. *Pasce inquam ait, non mulge, non tonda, non macta, non deuora.* Præterea *meas ait, non tuas, ut intelligamus nihil aliud iuris esse pastoribus in oues Christi nisi ut pascant & luporum feritatem ab eis arceant, immaculatasque custodiant, laboris pastorici mercedem omnem non ui minis ue extorturi ab ouibus sed ab ipso domino recepturi. Proinde nihilo excusatius errant peccantque, qui sibi sub pastoralis curæ titulo fas putant accumulare atque possidere opes & latifundia mundi, Paulino illo dicto auaricie sue morbo patrocinantes. Qui sacra faciunt è sacro uestuntur. Qui altari assident cum altari partem accipiunt, atque hoc nomine nihil docent aliud quam decimas & oblationes & indulgentias & funebres pompas ac cætera farinae eiusdem, quæ non tam ad salutem parandam quam ad augendum questum apposita dixeris. Attendamus uerba Pauli. *Uescuntur inquit, & partem accipiunt, non diuites fiunt. Non ergo præcipit Paulus ut sub specie pietatis ditesceremus, qui ait, habentes uictum & uestitum, his contenti simus. Ceterum neque seruator noster hoc uoluit, qui suis discipulis, id est**

## CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

primis ecclesie pastorib. oues domus Israheliticæ deperditas  
 requisitum emissis, quò expeditius huic negotio uacarent,  
 auro et arg èto pecuniâq; omni interdixit. Id fecit, quò alijs  
 haud parum multis nominibus tum uel precipue ut posteri  
 exemplum haberent imitandi. Non enî fas est, sacerdotes dei  
 pollui possessionibus momētaneis atq; corruptibilibus, quo-  
 rum dominus deus Israhel ipse uoluit esse possessio. Indignū  
 sunt terrenis, qbus promittūtur cælestia. Indignū pastorib.  
 Christianis est, ut præmium æternum peritura mercede  
 corrumpant. Sed neq; decet, ut qui cælestia docent terrenis  
 consecrētur. Impostoris est suadere alijs quòd ipse nō feceris  
 nō pastoris. Præterea turpe est et sustuario dignū doctores  
 opum et uoluptatum spernendarum ipsos opibus et uolup-  
 tatibus inhiare. Certe perfectio euangelica aut nullos decet  
 aut ipsos in primis pastores ecclesiasticos. Vnde quidquid  
 ecclesie, quidquid etiā ipsi episcopi atq; pastores opū et rerū  
 terrenarum possident, id præter moderatum et apostolicis  
 uiris congruentem uictum et amictum, totum Christi, id est  
 pauperum, egrorum, pupillorum, orphanorum, uiduarum  
 existimandum est. In hos enim usus pertinet, quidquid pecuni-  
 arum confertur ad amplificandam gloriam Christi. Nimirū  
 nihil tam fas est, nihil tam æquum, quàm ut opibus Christi  
 inopia membrorum Christi subleuetur. Summa igitur fide,  
 singulari prudentia opus est dispensatoribus Christi nō solā  
 ut uel opes ecclesie, uel spiritalis frumenti mensuram pro-  
 tēpore, p loco, pro uniuscuiusq; captu et indigentia disper-  
 ant, sed etiam ne ipso exemplo uitæ ceu parum continenter  
 et frugaliter actæ cuiq; sint offendiculo. Ob id quoq; semper  
 uiros usq; quaq; integros, graues, circumspectos, peritos, di-



in e scripturae, pietatis amantes & qui saluti ouium bona humana mundanaq; omnia posthabeant requirit functio pastoralis. Nam quod est oculus corpori humano, hoc Episcopus aut pastor esse debet ecclesiae. Et quemadmodum corpus humanum uitiatis atq; corruptis oculis tenebrosum totum erit & inutile, ita ecclesia, quae christi corpus est, lippientibus episcopis atq; caecutientibus mundana felicitate pastoribus periclitatur & Satanae tenebris exponitur. Vnde graui-

Grego.

ter atq; diuine, ut omnia, Gregorius Nazāzenus in epistola quadam ad Casarienses ex persona sui patris hisce uerbis. *λίχνος μὲν γὰρ τοῦ σώματος ἐσὶν ὀφθαλμός, ὡς ἰκόνισαμεν, οὐ μόνον ὁ σωματικῶς ὄραται καὶ ὄρωμεται, ἀλλὰ καὶ ὁ πνευματικῶς θεωρεῖται καὶ θεωρούμενος. λίχνος δὲ τῆς ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, ὃ δὲ ἄλλοι ὑμῖν καὶ αὐτοὶ μὴ γράφομεν. ἀνάγκη τοίνυν ὡσπερ ἐκείνου καθαρῶς μὲν ἔχοντος ὁρθῶς ἀγεσθαι καὶ τὸ σῶμα, καὶ μὴ καθαρῶν δὲ τυγχάνοντος οὐκ ὁρθῶς, οὕτω δὲ καὶ τῷ προσώπῳ τῆς ἐκκλησίας, ὁποτέρως ἂν ἔχει πάσι τῶν ἢ σωδία κινδυνεύει ἢ σωδία σωθῆσθαι.*

Non igitur parui referunt, quales in ecclesia praesint. Magna dignitas pastorum est, magnus honos, magna auctoritas, sed neq; minor casus, iuxta uerbum illud, casus hoc grauior quo altior. Nam quemadmodum pastor bonus, angelus domini est & uicarius Christi, ita rursus malus, angelus Satanae & uicarius diaboli recte dicitur. Multum n. potest in utraq; partem uel benefaciendo bonus uel nocendo malus, Vnde haud facile promissa Christi assequuntur oues duce ecco praeeunte & ingrediente uia spaciosam illam et pditionam proximam. Rursus erroris nullius praecipitio periclitari po-



## CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

terunt, quæ pastorem fuerint secutæ bonum & Paulinis illis moribus præditum atq; salutaris uie, qui Christus est, haud ignarum. Verum ut pastores boni & fidi obtingant ecclesie & ouilia Christiana ab tot mercenariorum & luporum uastationibus erepta placidæ tandem ac iam diu desyderatæ tranquillitati & unitati afferantur, hoc non humanarum uirium, sed planè ipsius diuinæ misericordiæ atq; prouidentie est. Non igitur ui, non armis, non exercitiis, non deniq; decretis atq; consilijs humanis res agenda si ecclesia profectum querimus, nam his moribus quo plus agitur hoc minus proficitur, sed pœnitentia opus est ac lachrymis precibusq; concordie totius ecclesie consensu uotoq; suscipiendum iratum impijs & plus q̄ gentilibus nostris actibus auersumq; à nobis Deum. Errant in hoc non mediocriter principes Christiani, qui dum Christi fidem uolunt ire pugnatum cum Turcis & Sarracenis constringunt. Ceterum longè aliter se res habet. Intus est hostis. Intus pestis grassatur. In mediuallio ecclesie iam regnat Satanas, cuius uolentie & sanguinarie tyrannidi nemo poterit resistere, nisi auxilium omne posuerimus in unum dominum nostrum Iesum Christum, cui gloria & honor & imperium in secula seculorum, Amen.

### DE DICTO ANACHARSIS PHILOSOPHI & mandata dei mandatis hominum esse præ-

ferenda. Cap. VII.



Narcharsis Philosophus Scythæ inter septem illos quos Græcia sapientie nomine dignata est non ultimæ celebritatis, leges telis aranearum com-

parauit. Nam quemadmodum telæ illæ inquit, leuissima  
 quæq; insectorum genera, ut muscas, ut culices, ut papilio-  
 nes, inuolantia retinent & inuoluunt, maius autem ac pon-  
 derosius animans, ut scarabæum crabronemue inoffensum  
 transmittunt, ita leges uulgo egenos ac tenuis fortunæ homi-  
 nes impediunt, implicant, plectunt, opulentos potentesq; in-  
 dulta impunitate citra multæ irrogationem censuræq; seue-  
 rioris notam aliquam prætereunt. Vix hac uel sententia  
 ueriores uel comparatione elegantiores reperias. Re uera  
 enim leges ad pauperum lapsus ualent, ad opulentorum fla-  
 gritia deficiunt. Hoc est quod aiunt.  
 Parcit uirga lupis & oues censoria plectit.

Præteritis Crassis miseros grassamur in Iros.

Re uera retia sunt leges humanæ, quibus ueluti prætex-  
 tu iustitia iustissimus quisq; capitur & expilatur. Nimirum  
 eiusmodi naturæ mundus hic est, ut licet ipse nihil minus  
 adamet, nihil sit magis perosus quam ipsam iustitiam, iusti-  
 tiæ tamen simulachro aliquo iniquitatem suam palliare nita-  
 tur, & quamuis ipse totus iuxta dilectum Christo aposto-  
 lum in malo sit positus, tamen boni se nomine uenditet. Vn-  
 de & leges legibus passim, decreta decretis accumulatur, pla-  
 ne telas texens aranearum & negotio diluto & frigido &  
 non ferè alij quàm tyrannicæ rei commodo cassam perdens ope-  
 ram, nempe qui quo plus legum tulerit, plus decretorum cõ-  
 cinnauerit hoc minus felicitatis consequitur. Crescit enim  
 indies ac duplicatur unà cum legum multitudine ipsius ini-  
 quitas atq; miseria, adeousq; ut leges plus illicij afferre ui-  
 deantur plerisque ad aggredienda quàm timoris ad fugienda sce-  
 lera, maxime hoc sæculo, quo nusquam non leges populis

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

opes legibus imperant. Ex quo liquet, quanti humana scientia  
 da sit sapientia, quæ semper propemodum destinatae fini con-  
 trarium sortitur exitum. Et sunt qui leges imperiales ut or-  
 bi toti salutare miris uehant laudibus. Sunt etiam uirum, qui  
 scitis qualiumcumq; pontificum perinde quasi coelo delapsis  
 nihil non tribuant authoritatis & reuerentiae. Sed profecto  
 si res recto fuerit & incorrupto aestimata iudicio, uanum est  
 quidquid homo excogitauerit. Hoc dico, non quod iuribus  
 humanis legibusq; uel eleuare authoritatem suam uel inu-  
 diam aliquam conflare uelim, quæ uel alioqui plus satis inui-  
 dia grauantur, adeo ut passim cauilli modo omnium ore re-  
 ratur, Qui caret pecunia, carebit & iure, sed ut illis tribua-  
 tur quantum pro merito tribuendum est, hoc est ne homo  
 deo, humana temeritas diuinæ sapientiæ preponatur. Quid  
 est enim aliud omnis humana sapientia comparata diuinæ  
 quàm temeritas quædam & mera stulticia? Quid est, aut  
 quid potest homo, si cum Deo committatur? Quælis com-  
 paratio misere creaturæ ad creatorem? nimirum quæ  
 lis ollæ ad figulum iuxta Paulinam sententiam. Si humana

**Cyrillus.** sapientia, Cyrillus ait sapientiæ diuinæ cōferatur, nihil mentis  
 habere uidebitur. Nihil enim omnino creaturæ esse uide-  
**Hierony.** tur, si creatori conferatur. Et Hieronymus super illud Eie-  
 remiæ, leges populorum uanae sunt, omnem, inquit, humanā  
 sapientiam futilem esse demonstrat & nullam in se habere  
 utilitatem. Vnde per q̄scitē Pindarus uel ethnicus.

**Pindarus** ἀμείδι δ' ἀνθρώω

πῶρ φρεσῖν ἀμπελακίαι

**Sophocles**

ἀναρίθμητοῦ κρέμανται. Et Ulysses apud Sophoclem,  
 ὄρω γὰρ ἡμᾶς οὐδὲ μ' ὄντα εἶ ἄλλο, πλὴν



Ἰδὼν δὲ οὐκ ἔμεν ἢ κούφω σκιάρ.

Refert igitur Christianæ religionis, ne plus tribuatur cōmen-  
 tis hominū q̄ dei oraculis. Homo homo, deus deus est. Quā-  
 libet eruditus quis fuerit, quālibet sapiens, quālibet sanctus  
 quālibet etiam potens, nihil aliud est quā homo. hoc est ter-  
 ra, cinis, fumus, bulla, somniū & si quid somnio uanius. De-  
 cet ergo ut quem admodū ipse Deus omnib. potificib. & im-  
 peratorib. principibusq; mūdi huius incōparabiliter præstat  
 ita uerbū quoq; ipsius humanis iurib. & legib. & sanctioni-  
 bus omnibus anteferatur. Sed neq; distant re alia hoīes Chri-  
 stiani ab ethnicis q̄ qd̄ illi iuxta præscriptū præceptorū Chri-  
 sti, hi iuxta hominū leges institutionesq; uiuunt, illi spem cō-  
 sequendæ salutis omnem in unū Christū ponunt, hi quidq̄  
 sperandæ felicitatis defuerit, hoc totum non tam ab suis de-  
 monijs precantur quā ab regibus & legumlatoribus ex-  
 spectant. Cæterum Christianorum leges mandata dominica  
 sunt, quibus citra Christi iniuriam nemo uel addere quid  
 uel demere potest. Quod si quis mortalium (quantusquan-  
 tus ille fuerit in ecclesia) mandata sua mandatis Dei præfe-  
 renda æquandaue duxerit, is iure ceu Satânico fastu infla-  
 tus & indignationem diuinam sentiet & humanum con-  
 temptum emerebitur. Hinc est illud Ambrosij ad imperato-  
 rem Valentinianum. Deferendū meritis clarorū uirorū & Am brosi  
 ergo suadeo sed deum certum est omnibus præferendū. Et ad  
 eundem in alia epistola, Legē tuam, inquit, nollē esse supra  
 dei legem. Dei lex nos docuit quid sequamur, humanæ leges  
 hoc docere nō possunt. Et Hilarius libro quarto de trinitate Hilarius.  
 Cessent, inquit, propriæ hominū opiniones, neq; se ultra di-  
 uinā cōstitutionē humana iudicia extendant. E libro quinto



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

Ad diuinæ, inquit, sapientiæ intelligentiam humanus sensus  
 imprudens & secundum cœlestem prudentiam stultus iux-  
 ta infirmitates suas sentit & iuxta imbecillitatem naturæ sue  
 sapit. Est igitur principum Christianorum in primis dare  
 operam, ut euangelio suus honos maneat, sua floreat autho-  
 ritas, sua sinceritas & nitor custodiatur, ita ut non solum  
 ipsi mandata Christi accuratè & strenuè & non ficto &  
 simulato studio obeant & obseruēt, sed ut obeantur quoq; et  
 obseruentur ab subditis, tantum abesse debet, ut suis decre-  
 tis & legibus uel impediant illa uel incertent uel inuertant  
 uel irritent, Præterea & hoc consideratu dignum, haud te-  
 merè fieri posse ut qui semel in leges Christi iurauerunt  
 citra susceptæ religionis iacturam leges accipiant manili.  
 Pugnant enim inter se nihilo secius quàm ipsa Christi &  
 mundi doctrina. Quid enim cum legibus mundanis, bella  
 dicijs contendere religio est, ulcisci iniurias piaculum, bella  
 re & omnino simultatem exercere perditio? Ad hec que  
 concordia, quæ pax, quæ unitas, sine qua neq; ecclesia ipsa  
 est ecclesia, poterit esse inter tam discordes leges & iura tā  
 diuersa inter se atq; discrepantia? Postremum qua nos fide-  
 cia Deum propitium habituros credimus, si iustitiam eius  
 iustitijs mundi misceamus, mandata eius tot commentis ho-  
 minum scœdemus, temeremus, uiolemus, facientes ex religio-  
 ne Christiana Hippocentaurum quempiam, nimirum dam-  
 neq; Christiani ueri neq; prorsus ethnici sumus, sed medi-  
 quidam ex utroq; genere compositi, altera manu tenentes  
 codicem Euangelicum altera leges ac decreta mundi uersan-  
 tes? Sentiat alius quod lubuerit. Ego leges & constitutiones  
 humanas, quæ iudicia, iuramenta uindicta, q; docent, compa-  
 ratas q;

ratas ad precepta euangelica uelut lolium inter frumentum  
 patiendas potius ob ecclesie pacem alendam quam discendas  
 & exercendas existimo. Hoc animaduerso & ipsa ueritate  
 & pungente conscientiam Christianissimus imperator  
 Constantinus iudicium ciuiliū sententias pendere uoluit &  
 imperfectas esse, quemadmodum Sozomenus prodit histori- Sozome .  
 cus, fecitq; forensibus disceptatoribus potestatem appellandi  
 ad episcopos, & simul quidquid illi censuissent, eo tanquam  
 sua ipsius sententia standum precepit. Harum rerum si respe-  
 ctus foret aliquis & Christus ipse pluris haberetur quam hui-  
 us mundi uanitas, non utiq; tot hodie sub ipsius iuris imagi-  
 ne fieri cerneremus iniurias, quando palam uel ipso iure in-  
 terim iustitia ubi propugnari debebatur opprimitur. Atq; di-  
 cunt sane pleriq; de iure & iustitia satis appositae ac plausibi-  
 liter, quoties illis uidetur commodum, uerum quibus iura ip-  
 sa & iudicia modis exerceantur nemo melius nouit quam q-  
 uam re ipsa experiuntur. Vetus uerbum est, neq; opinor semp-  
 uana uulgi opinio, in consistorijs uenalia esse omnia. Nam  
 reuera neq; melius dicitur neq; peius uiuitur usquam quam  
 in curijs principum & episcoporum. Expertus loquor.  
 Nullum genus hominum reperias, quod magis uel se efferat  
 uel Deum contemnat quam nobilium & eorum, qui in prin-  
 cipum aulis uersantur. Vnde non est, ut mireris, quod inter  
 tot leges & iura iustissimus quisq; ius nullum inuenit quan-  
 doquidem odio, fauore, precio corrupta sunt omnia.  
 Hoc mirandum quod homines tam corruptos, qui & pre-  
 cepta CHRISTI ne flocci quidem faciunt & membra  
 CHRISTI germanissima queq; ad iuris presidia confugien-  
 tes ipso sepe numero iure opprimunt, Christiani uocabuli nō

## CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

pudeat, quum Christianorum peculiare symbolum sit charitas, cum qua illis plane nihil est commercij. Ex his omnibus patet Christo cum hoc mundo parum conuenire & aliud seruire euangelium aliud leges mūdanas, aliud præcipere Christum, aliud principes terræ statuere. Breuiter qui Christo seruit mundo non placebit. Rursus qui seruit mundo apud Christum esse gratosus non poterit. Vtrique simul uel seruire uel placere non est possibile mortalibus. Nam alterius ambitu alter amittitur. Datur autem optio unicuique uel sequendi uel fruendi utrumlibet. Cui placet mundus mundo fruatur, cum mundo gaudeat cum mundo ludat, cum mundo pereat. Qui uult esse partis Christianæ, crucem Christi tollat & mundum cum suis legibus & moribus et ineptijs relinquat oportet. **DE XENOCRATIS TEMPERANTIA, ATQVE** tam ardentis omnium cupiditatis numarie authores precipuos esse ipsos mundi principes. Cap. VIII



Enocrates philosophus Alexandri legatos, qui sibi talia quinquaginta miliaria Attulerant, perductos in Academiam cœna excepit more quotidiano & nullo apparatu adornata, hoc est sobria, frugi, philosophica. Postridie uero quum illi pecuniam promerent imperata regis facturi, Quid inquit facitis? Certè uel besterna coenula intelligere potuistis mihi non opus esse pecunia. Verum ubi urgeretur à legatis petentibus ut saltem portionem allati maneris aliquam caperent, ne uidelicet uel ipsorum functionis culpabilis uel regia munificentia sprete uideretur, triginta minas accepit. Atque tales quidem è scholis philosophorum quondam prodire uiri, maximè Platonica. Nam Platonici



ferè quemadmodum ingeniorum dexteritate atq; eminentia doctrinæ, ita grauitate morum quoq; & uirtute cæteris antesteterunt, adeò ut unus omnium Philosophorum dignissimus lectu Christianis hominibus Plato uideatur. Id uero temporis, quo licet mundus totus non solum ethnicorum dogmatis, uerum diuina quoq; ab ipso doctorum omnium doctore Christo, cœlestiq; sit sapientia illustratus, tamè haud temerè inuenias uel inter ancesignanos & antistites religionis Christianæ, qui non pecuniam ac cætera bona temporalia, quæ a philosophis gentiũ uel cõtempa sunt uel in postremis habita, uirtuti & ipsi Christo anteponat, nõ dico q̄ aspernentur aut nihili pendant. Tanta enim animorum cecitas, tantus amor insaniendi hoc habet sæculũ, ut quo magis ipsa se nudat et exerit ueritas, hoc magis iuisa sit atq; cõtēnatur. Neq; aliud ferè docetur hodie atq; discitur in scholis Christianorũ quam propter questum questus parandi pitia. Ut haud inepete dicas illud Aristophanis de Christianis philosophis, quo is momardit Socraticos.

οἱ τοὶ διδασκῶντες ἀεὶ γύριον ἔν τῃ δὲ δὲ  
λέγοντα νικᾶν καὶ δίκαια καὶ δίκαια.

Ceterum cogitãti mihi atq; quærẽti causam quur mortales post Christum doctorem despectis cœlestibus & æternis tantò cõsensu et impetu ad res terrestres et momētaneas ferãtur, aucthores præcipui tantã ardētis oĩum cupiditatis numariæ, cæterorũq; omne p̄pmodũ genũ uitiorũ ide ortũ habētũ et in primis primarij quã et summi negligẽdæ et abolẽdæ uirtutis pietatisq; Christianæ artifices et architecti uidẽtur esse ipsi reges et p̄cipies Christiani. Id esse cõptius q̄ ut dissimulari queat subsequẽtia docebũt. Nam quũ in explebilẽ ipsorum auaritiã



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

Partim ob luxum uitæ immodicum partim ob frequēs ac per  
 Petuum belligeradi studium nulla faciet pecunia, nulla sistat  
 opes, sit ut & leges & edicta, quæ uulgò citra modum alia  
 super alia promulgantur in populos, quæ uelutaria sine omnia,  
 & simul bellacissimis, hoc est flagitiosissimis quibusq; gladia  
 nemo gratiosior sit apud ipsos, nemo plus precij q̄ dictis  
 et factis plus uolentiae, truculentiae, impietatis præ se tulcrit.  
 Et reuera quo quisq; fuerit plures depreedatus, plus humani  
 sanguinis fuderit, hoc maiorem uirtutis opinionem lau  
 demq; emeretur. Deniq; quo speciosius insaniatur, leges con  
 duntur, quarum auctoritate, q̄ priuatim unū aut alterū hos  
 liauerint occiderintue latrones & homicidæ, qui publicè ro  
 tas urbes diripuerint, totos exercitus iugulauerint, uiri stre  
 nuissimi, fortissimi milites, nobilissimi et optimi Christiani be  
 beantur. Neq; pudet Christianos principes cū perditis ac de  
 ploratis hominibus, qui manus & mentes tot rapinis, sacris  
 legijs, cædibus contaminatas habent, iungere dextras, mens  
 sam communicare, miscere colloquia, consilia sociare, seq; ill  
 lorum sanguinario furori & suā suorūq; salutē concredere.  
 Extalibus grassatoribus et nobilibus parricidis oritur nobis  
 & expullulat oīs illa nobilis huius mundi nobilitas, quæ sub  
 nomine propugnatorum ecclesie per totam Europam hodie  
 bonam partem ecclesie, hoc est pauperrimos quosq; & ceru  
 tissima Christi membra contra ius & fas Christianæ liberta  
 tis & fraternitatis miserabili & plus q̄ gentili seruitute ues  
 xat, lacerat, opprimit, architectis inq̄ ac Theseis ipsis regibus  
 utq; monarchis, qui quemadmodum sibi ius imperandi uen  
 dicāt in oēs, ita istis nobilibus in discretos partiosq; cōcedāt,

ut non satis esse intelligas, hoīes Christianos subesse principi-  
 bus, nisi duplicata seruitute subijciantur q̄; oq; dominis pri-  
 uatis. Hi nobiles quidquid ex rapinis & manubijs bellicis,  
 quidquid ex humanis Christianisq; cædibus, quidquid ex cir-  
 cumscriptionibus fratrum corruptisq; iudicijs opum cogerūt,  
 eius plurimā partem cōmendis prædijs & latifundijs man-  
 di effundunt, eisq; colendis pauperes Christianos impo-  
 nunt. A quibus ui. fraude, iniuria tantum uectigalium extor-  
 quent, quantum dies & noctes uentre, scortis, alea prodige  
 sunt alienis, domi nihilo mitius accipiant suos. Nam quidquid  
 miseri coloni diurnis, nocturnisq; sudoribus uel frugum colli-  
 gunt uel peculiorum parant, id totum insaturabili gulæ lu-  
 xuiq; male sanorum debetur dominorum. Neq; foelicius ui-  
 uunt, quicumq; dominis eiuscenodi seruiunt quam à Turcis  
 aut Sarracenis bello capta & abacta mancipia. Huius nobili-  
 tatis ordinem tum ob immoderatā q̄libet faciendi licentiam  
 tum ob iuges & exquisitas uitæ uoluptates atq; delicias, tum  
 etiā ob studium placendi principibus, omnes quidē appetūt,  
 nemo tamen compos eius fieri potest, nisi opibus præstiterit.  
 Opes autem magnæ sine magnis flagitijs nō sunt parables.  
 Itaq; diuersis quidem consilijs, non tamen scopis diuersis p-  
 positis, mortaliū pars rapto quemadmodum diximus & pub-  
 licorum homicidiorū stipendijs, alij q̄ bellis apti nō sunt fru-  
 dibus, usuris, periurijs, cæterisq; id gen⁹ Giaro et carcere dig-  
 nis artibus uia sibi faciunt, quæ ad eiusmodi nobilitatis atq;  
 foelicitatis fastigiū peruadāt, nimirū ita demum placituri mag-  
 nibus huius mudi & uitā oēm nō secus ac ipsi, quos æmulan-  
 tur, nobiles, populorumq; domini citra laborem ullū et offen-

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM  
sam in optatis iādiu & nullo nō uoto, nullo nō sudore petitis  
delicijs trāfacturi. Ad hanc igitur ſællicem nobilitatem et no  
bilē ſœlicitatē ſummis & infimis ceu ad ſūmi boni ſcopū alio  
quē uno & codē animo conatuq; tendentibus, nihil miri fue  
rit, ſi crescente indies opum ſtudio pietatis amor decreſcat,  
preſertim uocantibus eō populos ac tot illicijs & operē pre  
cij trahentibus regibus & monarchis. Nam quemadmodū  
uirtus ſine præmio uileſcit, ita neq; uicia impendio deſider  
abilia grataq; eſſent, ut mea fert opinio, ſi ſpes tolleretur  
præmiorum. Atq; iſtas quidem nobis & iſtis conſimiles ma  
lora Lernas proſert regum & monarcharum ſapientia  
inimica Chriſto haud dubiē & nuſq; non pugnans cū uerbo  
domini. Quam ſi quis expendat accuratius, nimirum uidebit  
luce clarius qd interſit inter noſtri ſæculi Chriſtianos & eos  
qui iuxta regulam præceptorum Chriſti uiuunt. Neq; puros  
ſatebitur plus negotij ſæceſſere Chriſtianiſ Turcos & Sarra  
cenos q̄ ipſos Chriſtianos, ſi tamē Chriſtianos uocare ſis eſt,  
q̄ tam ſeua & impia in Chriſtianos exercent impia. Ceterū  
hec dicta ſunt, ut excitentur principes & reges ad expiſcā  
dam demendamq; cauſam decreſcentis indies ac ſeneſcen  
tis percūtiſq; pietatis Chriſtiane atq; oculos aperiant aliqua  
do & uerſis ad cœlum animis conſilijsq; rempub. Chriſtia  
nā capeſſant, eāq; iacentē humi iādiu & partim incuriā ma  
iorū neglectam partim humanis legibus impeditā & oppreſ  
ſam in priſtinā et ſuam libertatē dignitatēq; erigant, aſſerāt,  
reſtituant, notāq; & labē inſtitutiſ ethnicis contractā Chri  
ſtianiſ moribus uirtutibusq; extergant. Non enim tam huius  
mūdi uitēq; pax et ſalus quærenda tuendaq; Chriſtianiſ eſt,  
ſi fortæſſis et iſta impediēde rei cauſa obtendatur, quā cœlo



bestis illa & æterna. Ad quam utiq; facili negotio peruenitur  
 modo ipsi, q̄ summa rerum præ sunt, rectâ præcedant. Quis  
 enim nesciat, mutatis moribus regū et principū regna quoq;  
 mutari ac principatus? Quis ignoret, si principes orientur,  
 qui & ipsi studeant uirtuti & ad eius cultum alios quoq;  
 inuitent, fore, ut ingens prouentus contingat bonorum &  
 sapientium uirorum? Quē deniq; fugiat, si reges & monar-  
 chæ spretis aut saltē non magni factis opibus et imperijs terre  
 nis timentes Dei sint & pietatem sinceram ex animo co-  
 lant, subditos quoq; auersato pecuniæ studio tam flagranti  
 futuros CHRISTIANAE pietatis obseruantiores? Pietas  
 enim principum, etiam subditorum animos ad æmulationē  
 uirtutis acuit, quum monarcharum uita sit uiuendi regula  
 subditis. Est igitur piorum principū, q̄ nō esse uocabulō tenu-  
 cupiunt, sed re ipsa Christiani, meminisse datæ Christo in bap-  
 tismate fidei, simulq; reuocare in memoriam Satanae se pom-  
 pis & opibus renūciasse, neq; putare hoc se noīe populis di-  
 uina benignitate præfectos, ut in morē ethnicorū opes terre-  
 nas cōgerant, ut foedis & feruis indulgeāt uoluptatibus, ut  
 ob res fluxas atq; tēporarias humano se cruore maculent, ur-  
 bes & regiones uastent, bonos perdant, malos euehant in al-  
 tum, rapinis ac caedibus misceant omnia, sed ut ante omnia  
 modis omnibus promoueant atq; tueantur gloriā Christi, ut  
 corpe eius, id est nominis Christiani mortales oēs ceu fratres  
 ex equo diligant, eisq; ut germanis membris Christi seruiāt,  
 non ritu gentili pīnde quasi seruis dominentur, spem suam  
 præcipuam nō in diuitias momentaneas & currus et equos  
 & homicidas milites ponant, sed in Deam uiuū et oīpotentē,  
 cuius uel solo nutu stat, caditq; oīs humana potentia, breui



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

Tullius.

ter ut bonis & Christiana religione dignis moribus & actibus exemplo sint omnibus, compertum habentes, nullas esse leges humanas præceptionesq; tam efficaces docendis & instituendis populis quam ipsorum dicta & facta principum. Ad hæc operæ precium fecerint, si quemadmodum alias uirtijs ita nunc uicissim uirtutibus præmia ponant. Nam hoc præcipue studij uigere solet in ciuitatibus, cui præcipuum fuerit propositum præmium. Et quod maxime esse uident hoies in precio, ad id omni studio parandum enituntur. Præmia autem non tam sint opes quam laus, honor, gloria. Est enim hominum natura laudis appetens animal. Et ut ait M. Tullius, trahuntur oēs studio laudis & optimus quisq; maxime gloriæ ducitur. Sic quondam in persecutionibus incitabatur populus a primoribus ecclesiæ subinde martyrum laudes prædicantibus ad ferendas æquo animo iniurias, ad illata mala benefactis respicienda, ad exilia subeunda, ad probra, uincula, supplicia & mille genera mortis ppetienda atq; exantlanda intrepidè & impigre pro ueritate euāgelica. Nam quamq; hoies Christo iurati p cœlesti humanā gloriā oēm aspernātur nō appetūt, nimirū solliciti magis ac pie curiosi quo pacto sint spitori suo q̄ quo mundo placituri, mirū tamē q̄ Christiane rei conueniat conducaturq; si honor & reuerētia oīs à mundanis pompis & strepitibus ad uirtutes transferatur Christianas. Iam si ueritas nuda sit in lucem pducenda & res ipsa ad libellam & amussim exigatur, Christiana religio neq; reges nouit neq; principes immō neq; episcopos, quales hodie plerosq; uidemus à regibus & principibus mūdi alia re nulla q̄ solo noīe differentes, sed ministros corporis & membrorum Christi. Quæ ppter q̄ populo Christiano tributa et uectæ

lia imponunt, sciant se id ethnico iure facere non Christiano  
 Nam Christianus Christiano ceu frater fratri nihil debet  
 præter meram charitatem, eamq; fraternam & mutuan, Erasmus.  
 uel Erasmo nostro  $\sigma\upsilon\mu\lambda\iota\sigma\omega$ . Liberi enim sunt regum filij  
 & immunes à uectigalibus, quemadmodum Christus docet August.  
 Matthei decimosextimo capite. Quo loco Augustinus, libe-  
 ri ergo esse debet, inquit, in quolibet regno terreno filij reg-  
 ni illius, sub quo sunt omnia regna terræ. Durius Chryso- Chryso-  
 mus, Quid est, inquit, aliud telonium nisi legitima rapaci-  
 tas, uolenta fiducia, iustitiæ legem habens patrocinate ra-  
 pina. Et Hieronymus super Mattheum, Ille, inquit, pro no Hierony.  
 bis & crucem sustinuit & tributa reddidit, nos pro illius ho-  
 nore tributa non reddimus & quasi filij regis à uectigali-  
 bus immunes sumus. Ex horum testimonijs liquido uide-  
 mus Christi dictum, quo reddenda quæ sunt Cesaris Cesari  
 esse non de Chri-  
 stiano, quemadmodum & illud Pauli ad Romanos. Reddi-  
 te omnibus, quod debetur, cui tributum tributum, cui uectigal  
 uectigal, de magistratibus ethnicijs non Christianis. Quod si  
 quis diuersum senserit, cum hoc ego quidem non magnope-  
 tet, uelim tamẽ cum bona uenia doceat ubi uel Christus uel  
 apostolus tributum uectigal ue exigendum præcipiat? Red-  
 dite inquit uterq; non exigit. De reddendo igitur tributo  
 nihil ambigitur, siue Christianus ille sit qui exigit seu ethni-  
 cus. An uero & exigendum sit illi uiderint qui exigunt? Un-  
 de meo iudicio Christiani, qui Christianis præsumunt, nequaquam  
 se dominos putare debet sed ministros, neq; ea quæ possidens  
 sua credere sed communis ecclesiæ Christi. Hæc uolentes

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM,

animo estimemus quàm opulenti sint & quàm potentes re-  
 ges & principes Christiani? Præterea quid ipsos maneat  
 uel mereas si benè uel pœnæ si perperam thesauros eccle-  
 siæ dispensauerint? si quidem quibus multũ dederit ab his  
 multum quoq; sit exacturus Christus? Nonne tibi pauperri-  
 mis mendicis æquandi uidentur, si officio suo piè & inculpa-  
 tè fungi uoluerint? utpote qui nihil habent quod iure suũ di-  
 cere possint? Neq; audiendi sunt, qui perfectionẽ euangeli-  
 cã non ad oēs pertinere putant, quæ dubio procul hoc magis  
 homini Christiano cõgruit, quo is pluribus fuerit in ecclesia  
 præfectus. Idcirco doctores illi mirabiles, qui principes Chri-  
 stianos docent uindicare, belligerare, rapere, occidere, do-  
 minari, thesauros condere, populos edictis impios atq; tri-  
 butis onerare & id genus alia gentiũ institutis cõuenientia  
 non charitati Christianorũ, ipsi uiderint quid doceant, certe  
 doctrinæ me suæ socium non habebunt. Ego ecclesiam Dei  
 unam credo, eiusq; membra non aliqua tantũ sed omnia cõ-  
 munitè esse obnoxia præceptis dominicis. Neq; minus pec-  
 catũ puto, si rex aut princeps aut episcopus fuerit cõtra mãm  
 data Christi aliquid ausus quàm si abiectissimus quisq; multo  
 aut asinarius id fecerit. Imò hoc grauius cæteris illi peccant,  
 quod non solũ factò impio deũ offendunt sed præter id ipso  
 quoq; exemplo subiectis officiunt. Quod si quis impossibile  
 sibi fore duxerit, ut uel mundi leges negligat uel præcepta  
 Christi obseruet, is consideret q̄ sit difficile regnis mundani  
 præfectum & principem agere simul & Christianum bonũ  
 Nam si uolumus seruari, uelimus nolimus præcepta domini  
 ea obseruemus necesse est siue summi sumus seu infimi. Neq;  
 est qd' socordiae necessitatẽ prætexamus. Qui regna et impo-



peria mundi saluis Christi præceptis regere nõ possunt, certè  
 relinquere possunt. Res auditu facilis est, modo quis aures  
 audiendi habeat. Cæterũ quid hæc tam multa casso conatu  
 recensco, ingrata planè & molesta mundi auribus? Non  
 enim sum nescius aquã cribro me haurire, dum Christo mun-  
 dũ hunc sociare conor, quũ nihil sit aduersus Christo q̃ ipse  
 mundus, nihil magis pugnãs cũ uero & sincero Christianis  
 mo q̃ ipsi mundi principes cũ suis legibus. Id qd' Paul. quoq;  
 euidenter expressit in epistola ad Ephesios his uerbis. Nõ est  
 inquit, nobis lucta aduersus sanguinem & carnẽ, sed aduer-  
 sus principatus, aduersus potestates, aduersus mundi domi-  
 nos tenebrarum sæculi huius. Quamuis igitur hæc ipsa, qua  
 lucunq; sunt parum accepta parũq; plausibilia sentiã futura  
 mundo, tamen germanã reipub. Christianæ formã, cuius ho-  
 die ne uestigiũ quidẽ usq; extat, & animo mecũ subinde con-  
 templari iuuat & cæteris syncerioris pietatis cultoribus re-  
 cognoscendã passim proponere, ipso maxime loco et occasio-  
 ne aurem uellicante, non piget. Atq; id hæcenus quidem, ut  
 nemini quidq; uelim præscriptum, non adempto per me neq;  
 imminuto cuiq; mortaliũ libero quidlibet sentiendi arbitrio,  
 Consulo tamẽ ut Christianus, suadeo ut frater, æquum duco  
 ut seruus Iesu Christi, ut Christiani Christi præcepta obser-  
 uet atq; ita moderentur suas respub. ut habeant quo distent  
 ab ethuicis. Nam frustra nomine se Christiano uenditant,  
 qui moribus & institutis uiuunt gentiliũ. Frustra nobis cœ-  
 lius Christus uenit & natus, passus, mortuus est, si despe-  
 ctis ipsius mandatis leges mundi prætulerimus. Neq; religio  
 Christiana nobis profuerit, nisi religioni congruentia se-  
 cerimus. Peto aut̃ eos, qui nũc rerum potiuntur, siue impe-



## CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

ratores seu reges, siue principes seu episcopi seu alio quo nomine cūq; uocētur, atq; obtestor per misericordiam & mansuetudinem Christi, ut officij sui meminere, ut modum aliorum gentium auerſentur, ut eant obuiam ſeuienti iam & per leges mundi & hominum commenta euangelium Christi palam oppugnantī Satanæ, ut non tam ditionum & imperiorum quàm rei Christianæ fines proferant, memores neminem posse Christum cumulatiſſimè benefecerit. Quod haud dubiè cū fiet, quum non tam basilicas & sanctorum memorias auro et argēto per fas & nefas paruo exornauerint q̄ sancti spūs templa à cupiditatum sordibus pro uirili repurgauerint et non tam uerbis ficticijs et simulatis quam suis ipsorum opibus et benefactis uocauerint subditos et allexerint ad uerū studium cultumq; pietatis. Hoc enim pacto sunt salubriter consulturi tandem subiectis & sibi in eipſi inter primos diuinam gratiam parituri. Sentiāt sanè quid quisq; uoluerit. Ego nullos melius de ecclesia Christi merituros puto, quàm qui populum Christo dicatū dictis et scriptis, factis & exemplis à tam funesto & gentili terrenarum opum deliciarūq; studio auerterint, flexerintq; ad compendiosam illum eternæ uitæ aditum, angustum quidem & arctum & paucis cognitabilem, gratia tamen et misericordia dei peruestigabilem nobis atq; peruium.

DE MORE CONVIVALI APVD AEGYPTIOS & forma Christianè uiuendi.

Caput. IX



Egyptios uirtute quondam & sapien-  
tia præ cæteris claruisse gentibus ar-  
guit, quod eruditissimos quosq; uiros  
et in primis Orphicum, Musam, Ho-  
merum, Solonem, Lycurgum, Pytha-  
goram, Platonem, Democritum, ingenij

excolendi gratia in Aegyptum profectos comperimus.  
Inter cætera uero Aegyptiæ sapientiæ specimina et hoc mor-  
tis ueluti *μνημόσυνο* memoriae proditum est. Quum cõ-  
ueniebant opulentiores eius gentis & ad animi curas epula-  
ribus delicijs leniendas mulcèdasq; comessatũ coibant, cõui-  
uio frequẽti & iocis iam risibusq; ipso modo licentioribus p-  
strepenti ex composito inferebatur ab aliquo ad id negotij  
destinato lignea imago mortuum hominẽ specie oris totiusq;  
corporis habitu q̄faberrimẽ exprimens, offerebaturq; singu-  
lis conuiuijs inspectanda cum his uerbis. Hunc intueri et ede-  
re, lude, paulo post tempore talis futurus. Si Aegyptij,  
superstitiosa gens tum temporis & uerae nescia pietatis  
labascentẽ luxu pudorem roborare & animos plus honesto  
in lasciuiam efferuescentes refrenare ipsa mortis imagine  
memoriaq; uoluerunt uel in conuiuijs, quid Christianos de-  
ceat cogitemus, q̄ ut ueritate euangelica cœlestiq; sapientiã  
illustrati omnibus gentibus esse debent exemplo, uirtute et  
uite sanctimonia? Profecto nullius rei tam iugis esse debet  
homini Christiano, tamq; frequens quam baptismi simul &  
mortis memoria. Baptismus initiũ Christianæ nultitiae, mors  
finis est, Neq; baptizatum esse multum retulerit nisi etiam  
benè moriamur. Benè mori autem non potest nisi qui benè  
uixerit. Cæterum nemo benè uiuit nisi qui fidem Christo in-

## CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

baptismo datam ex animo fuerit liberare conatus. Est igitur  
 eius, cui Christi fides cordi est, in primis expendere quid sit  
 ipse baptismus, qui certè nihil aliud est q̄ huius mundi res  
 nunciatio & mors quædam carnis, cupiditates rerum ter-  
 renarum uoluptatesq; omnes interficiens. Nam homo rena-  
 tus ceu noua iam creatura mundo mori debet ac uni Chris-  
 sto uiuere. Hic mundo ualedicto codicem euangelicū ceu pas-  
 sissimū & unicū Christianæ uitæ speculū dies ac noctes uer-  
 sabit manibus, expiscaturus inde quidquid uel boni sit appen-  
 tendū uel mali fugiendū. Non. n. quod mūdus bonū ducit sed  
 quod Christus docet sibi saluti futurū arbitrabitur. Mandi-  
 mancipiū mundū sectetur. Seruus Christi unius Christi man-  
 data discit, obseruat, exequitur, mundanarū constitutionum  
 & legū uelut ad se non magnopere pertinentiū parū curio-  
 sus. Aliud Christus præcipit aliud mundus. Neq; fieri poterit  
 ut quis alteri citra alterius odiū uel gratū faciat uel ancelles-  
 tur. Applausurus mūdo Christi gratiā pditū ibit. Cōtra Chri-  
 sto seruiturus mūdi minis & assultibus nō carebit. Ex quo  
 haud dubia cōiectura calamitates atq; pericula à mūdo im-  
 pensura sibi prædiscet homo Christianus. Ob idq; in primis  
 ad futuros casus, ærumnas uidelicet, paupertatē, cōtumelias  
 & iniurias ferendas paciētia armabit animū, gnarus nihil  
 Christo & eius mandatis esse aduersius q̄ ipsum mundū cō-  
 suis legibus, quas pro Christo utiq; haud impune spectaturus  
 est. Pauorē tamē huius inuidiæ & quidqd curarū calamitas  
 tūq; obuenerit mulcebūt & eleuabūt pmissa Christi. Præ-  
 terea & illud haud parū addet animi, si cogitauerit uitā boni  
 minis Christiani totā nihil esse aliud q̄ placulare quoddā sa-  
 crificiū & studiū præludiūq; benè moriendi, maxime si ob



oculos quoq; posuerit neminē diuorū cœlestis regni factū es  
 se cōpotē nisi multifarijs & innumeris iactatū calamitatib.  
 Quin & cōtumelias & afflictioēs pro tuendis Christi man  
 datis passas suā putabit gloriā, neq; se piē uiuere aut operē  
 Christiano dignē aliquid nauare censebit, nisi mūdo stolidus  
 delirus, insanus, addo etiā iniustus & impius uideatur. Fe  
 ret aut̄ ingenti aīo atq; contēnet hominū de se iudicia, prius  
 habens inopē se & humilē à Christo probari q̄ diuitem atq;  
 potentem damnari cū hoc mundo. Caterum quo imminen  
 tia pericula uel subeat armator uel cautior declinet, sciat si  
 bi cum triplici hoste luctam futurā, nimirū cū corpore suo,  
 mundo, diabolo. Diabolus coram neminem ferē aggreditur  
 sed semper cuniculis rem agit atq; insidijs, corporis nostri  
 sensibus & mundi delicijs terroribusq; ceu laqueis utens  
 ad capiendos homines. Itaq; qui corpus & mundum uice  
 rit, etiā diabolū uicit. Tirillat autem hominem & in  
 sciat uoluptatum dulcedine & strepitu mundano, eoq; modo  
 à mandatis Christi auertit ad sua placita, quibus irretitum  
 in gehennam sibi & suis paratam & mortē nunq̄ moriturā  
 pertrahit. Is quū antehac miris & multiplicib. technis ac do  
 lis humanū genus tentauerit, hoc tempore planē seuit, furit,  
 rabit, imperij credo sui finem aduenire sentiens. Re uera  
 enim hodie, si unquā aliās, non solum in lucis angelīū uera  
 tit sese ac transformat, sed ipsius Christi quoq; speciem in  
 duit, uel ipso dei uerbo oppugnaturus et nisi diuinitus opis  
 aliquid affulserit, etiā expugnaturus ecclesiā dei. Hāc tāto  
 p̄ totā Europā ariete pulsatae quatit, tantis nusq̄ nō machi  
 nis diuellit atq; disijcit, ut nō pauci numero tot undiq; offēdi  
 culis & factionib. circumuenti nesciant quē uel fugāt uel se

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

quantur. Non possum hoc loco temperare mihi qui miseret  
 miserabilem et miserandam conditionem nostri seculi quo  
 tot errores, tot abusus, tot offendicula, tot factiones & here  
 ses, tot deniq; ut breuiter dicam, atq; tantæ calamitates eru  
 perunt in ecclesia, cuius talis hodie status est ut eius facies à  
 Christo passo nunquã fuerit miserabilior. Errat grex Christi  
 fame propemodũ enectus, strigosus, alienæ expositus iniurie  
 inter cæcos Polyphemos & fugitiuos mercenarios pabulo  
 boni pastoris sincero atq; custodia omni uiduatus, neq; qui  
 ab se crudelem seuientium luporum rabiem, cui quotidie  
 obijcitur arceret habet, usq; adeo Christianũ ouile diabolicis  
 artibus circumuallatum obsessumq; tenetur. Reges et mo  
 narchæ satis abundè officio se functos putat, si iuxta mundanæ  
 iustitiæ præscriptum bellis bella pepulerint, effecerintq; ne  
 subditorum corpora, bonaq; uicinis præda sint, nimirum  
 curam fidei et institutionis euangelicæ nihil sua interesse ar  
 bitrantes. Episcopi mundanis, prophanisq; impliciti negotijs  
 in re Christi cessant et ipsi, suntq; eudendis, cogedisq; numi  
 & finibus terrenarum ditionum prolatandis occupatiores  
 ferè q̄ seruandis animis comissi populi. Hac incuria atq; se  
 cordia eo deuentum est miseriæ, ut neglectus atq; despectus  
 Christi grex inter tot factiones nouorum dogmatistarum  
 aliorum super alios id temporis exorientũ non mediocriter  
 periclitetur. Hic huius, ille illius partis est. Hic stat à Roma  
 tanæ execratur. Hic episcopi sui propugnatorem agit eoq;  
 contentus Christianè se uiuere putat, ille euangelio cred  
 dato à Christo uiuendi archetypo fretus neq; Papam reuer  
 tur neq; multifacit episcopum. Sunt etiam nũ qui sibi seorsim  
 sectas ipsi

sectas ipsi constituent. Igitur de fide contendit opifex cū opi-  
 fice, ciuis cum rustico altercatur, rixantur cum uiris mulier-  
 eule. Vnusquisq; sibi met ipse doctor est. Et quando pastores  
 in primis ipsi atq; doctores inter se uariant & suis disidijs  
 & offendiculis alienæ quoq; simplicitati & innocentie infa-  
 niendi præbent materiã, scinditur incertum, ut ait ille, studia  
 in contraria uulgus, peritæ ut omnis iam ætas, omnis ordo,  
 sexus, conditio impunè ac promiscuè de ueritate pronunciet  
 euangelica. In hac diuersitate rerū, in his reipub. Christiane  
 moribus ac turbamentis quot animas perire? quot perituras  
 aut paitas putemus? Hæc audiunt principes, hæc succis aspi-  
 ciunt oculis episcopi Christiani, quibus si Christiane mentis  
 uel mica inesset, prius optare debebant ut uel capita sibi e tritæ  
 co corporis euellerentur uel uasto aliquo terre uiui absorbe-  
 rentur hiatu quàm tantum scelus, tantam ecclesie ruinam,  
 tantam deniq; Satane in tot pijs animas cædem, stragēq; edi-  
 tam cernerent. Ceterū ut ad rem redeam, homo Christianus  
 in eiusmodi rerum tumultibus non plus æquo angetur animi  
 neq; tam quid alieni q̄ quid sui sit muneris spectabit, non mo-  
 do episcoporum atq; totius ecclesie, sed aliarum quoq; res-  
 rum oīum gubernationem diuinæ committens potestati. Ob-  
 id quoq; neq; errata sua pastorum erroribus defensam ibit,  
 quemadmodū hoc tempore pleriq; faciūt. neq; episcopū suū,  
 qualis qualis is fuerit, criminationibus traducet inciuitibus  
 aut seris iã & nihil profuturis quærimonijs, murmuribusq;  
 onerabit, quādo p meritis nostris datur nobis episcopi, quales  
 cunq; dantur, sed bonum perinde suspiciet ut ipsum Christiæ  
 malu utcunq; seret, utrumq; haud sine prouidentia præfectū  
 ecclesie existimans. Præterea bonum audiet & sequetur se-



**Augusti.** CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM  
curus citra noxiæ alicuius labis contagium. Malum, siquidē  
docuerit quæ sunt Iesu Christi, & ipsum audiet, Augustino  
cōsule, sin uero quæ sua sunt, partim audiet partim non au-  
diat. Si indixerit stata ieiunia, solennes ferias, supplicationes, iu-  
sta, parentalia & si quid aliud carimoniarum piacularium  
fuerit uel à cultu diuino uel à bonis moribus nō abhorrēs, ac  
curatē atq; diligenter obseruabit omnia. Si exegerit pecuniā  
pro baptisate, pro solutione commissorum, pro cōmuniōne  
mense de mīnicæ aut alia qua re cunq; homini Christiano ne-  
cessaria aut etiam non magnopere necessaria, & hanc hand  
inuitus dabit. Dabit autē nō ut debitā, ne dona dei numis Chri-  
cari qd' fas non est, uideatur, sed quia hominē germanē Chri-  
stianū nullius iacturæ pecuniariæ pœnitebit, qua modō cha-  
ritas, pax & unitas ecclesiastica conseruetur. Verum si do-  
cuerit baptismum & absolutionē criminū & omnino regnū  
coeleste citra numorū suppetias nō esse parabile et si qua sunt  
alia Christianæ aduersantia pietati, tū tēpus appetere sciat,  
quo auribus ad eiusmodi magistri dogmata ceu serpentis  
antiqui sibila obseratis ad alium se doctorem cōferat nempe  
ad illum, de quo dictū est. Ipsum audite. Breuiter seruus Iesu  
Christi non fucatus omni potestati eminentiori subiectus  
erit & morigerus, omnia non modo episcoporū, sed mūdano-  
rū quoq; principum edicta & mandata pro uirili obiturus,  
modo nō sint cū Christi mandatis pugnātia. Itaq; quāntūcūq;  
que tributorū aut uectigalium poposcerint p̄cipes, iure in-  
iniuria id fiat nō regret, sed obediēter est imperata facturus,  
etiā ad ultimū teruntium. Si uero bellare uel p̄cedari uel oc-  
cidere uel alia eius farinæ patrare flagitia fuerit iussus, hic  
sistet pedē ac dicet, Melius est audire deo quam hominibū.

Atq; hoc quidem pacto sese erga eos, q̄ præsunt geret, oĩbus  
 inelicit pariturus in omnibus, nisi fortasse aliquid, quod  
 cum Christianismo pugnet, exigatur. Cum cæteris aut per  
 inde uiuet, ut cū fratribus. Omnes ex æquo diliget. Omnium  
 insruet usui. Neq; sibi neq; suis parcat, quo minus uel spei  
 consulatur afflictorum uel egentium subleuetur inopia, ad cõ  
 ut alende. augendæq; charitatis fraternæ studio aliorum sa  
 lutem sit nõnunq̄ suo ipsius cõpendio prælaturus. Hæc quoq;  
 ob causã si q̄s ipsum uel cõtumelia affecerit uel aspserit ifãmia  
 uel iniuria deniq; damnoue læserit, feret & ignoscet ut fra  
 ter fratri. Neq; ulla terrenarum rerũ iactura adauccetur, ut  
 uel malo malum regerat uel talionẽ exigat iniuriæ uel cum  
 fratre iudicijs delingat contra præcepta dominica, certus et  
 peccatorẽ se esse & quẽadmodũ ipse fratri culpã condonauit,  
 ita quoq; sua sibi peccata remissum iri à domino. Nã uel  
 alioq; nibili pendebit homo Christiano, qdqd malorũ sit p̄ ser  
 uãis Christi mandatis passurus. Neq; impediõ lugebit neq;  
 dei & hoĩm fidẽ implorabit, si uel depositũ quis abnegauerit  
 uel pecuniæ, domesticæ ue supellectilis aliqd furto aut latroci  
 nio abstulerit. Certẽ qui ex animo renũciauit mũdo, uili estĩ  
 mabit qdqd rerũ fluxarũ possederit. Immo quò minus huius  
 mũdi bonis, curisq; fuerit onustus, hoc se expeditius in coelum  
 euolaturũ arbitrabitur. Oneri .n. sunt bona terrena uiridis ad  
 regna celestia, nõ usui. Iã uero neq; calamitates et ærũnas, s̄  
 iã de sit in quas permittente deo ica surũ, plus nimio expaue  
 rit, nimirũ finẽ aliquãdo habituras. Immo quo plus ærũnarũ  
 prulerit, hoc se putabit magis placiturũ Christo, q̄ suos i hoc  
 mũdo afflictionib. nõ carituros palã prædixit. Ad hæc quẽad  
 modũ parũ ad se ptinere cõsebit mũdi sapientiã, utpote Christo

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

hostilem, ita sublimiū quoq; & subtiliū in theologia, pblema  
 tū nō supra modum curiosus erit, cōpertū habens, regnū cœ-  
 lorū nō uerbis sed uirtutibus esse parabile, neq; plausibiliter  
 & subtiliter disputare Christum nos docuisse, sed pie atque  
 Christianè uiuere. Satis autē se doctū fore si sciat re nulla sibi  
 gloriandū, sed qdqd uel habeat uel sit habiturus boni, id esse  
 totū diuinæ munificentie. Quapropter neq; si qd in Christia-  
 nismo ultra ceteros pmonerit, efferet sese aut sanctimoniam  
 uenditabit aut spretis alijs ipse sibi placebit, sed planè fratru  
 neminē uel iudicabit uel contēnet, semp de suo ipsius casu sola-  
 licitus. Nihil. n. hoīe fragilius, nihil magis caducū, q dū maxi-  
 mē stare se putat, ruit ac iacet. Iudicia dei abscoīsa sunt ab ocu-  
 lis humanis, neq; cuiusuis est nosse, qd in quo sit actura diuina  
 puidencia. Fieri potest, ut q hodie sit pessimus, paulo post  
 tempore fiat optimus, & rursus qui optimus, pessimus. Nā  
 et iusti ruere possunt p secordiā & peccatores resurgere, si  
 resipuerint. Nemo nimio plus debet suis fidere uiribus. Rur-  
 sus nemo despondere debet animū & gratiā dei inaccessam  
 sibi putare qlibet magnis & enormibus contaminatus flagi-  
 tijs. Nemo a spe ueniēe excluditur, quē modo cōmissorum ex-  
 aio pœnituerit. Qui igitur gratiā diuinā recupare potest am-  
 sam, amittere quoq; potest recuperatā. Nā incerte & uari-  
 bilis conditionis est homo q diu uiixerit. Hinc est illud a uigili-  
 ni libro confessionū decimo. Nemo, inqt, securus esse debet in  
 ista uita, quæ tota tentatio noiatur, ut q fieri potuit ex deterio-  
 re melior, non fiat etiam ex meliore deterior. Ceterū quando  
 mundus est mundus, hoc est insanus, effrenus, intractabilis,  
 ceruicosus, præfractus, atrox, impius & nūq nō rebellis &  
 oblatrans Christo atq; ob id Christi sectatoribus qualibet a

Augusti.



sa secessens negotiū, tragœdias mouens, machinans pnicem,  
 optimū factū fratribus infirmioribus existimauerim, si ex ho-  
 minū frequentia in locū desertiorē aliquem emigrauerint.  
 Nam hoc modo mille peccandi ansis amputatis, mundi illece-  
 bras & irritamenta potissimū euaserint. Id quod & ratio p-  
 suadere debet & cōditio huius deploratissimi seculi, quo uix  
 non dico ciuitati cū ciuitate, sed ciui cum ciue & alicubi uix  
 marito cum uxore conuenit de fide catholica & orthodoxa,  
 adeo in ecclesia cōfusa iā atq; cōturbata sunt oīa. Atq; aliq-  
 sanē nihil homini Christiano periculosius conuictu populari,  
 quandoquidē hūc inter mortales factionū oīm unū decet in-  
 mūdo sine mūdo uiuere. Quis .n. tot pedicas mūdi ac tot in-  
 esatos hamos effugiat? Oīa retibus plena sunt, ait Origenes, **Origenes**  
 Diabolus laqueis cūcta cōpleuit. Quocūq; te flexeris cap-  
 tus inebere. Hoc ego potissimū causæ fuisse reor, qd' mona-  
 steria primitus condi cepta sunt. Nā quū uiri sancti et euan-  
 gelicæ uitæ cupientes uiderent formā rerumpub. gentiliū  
 partim ob inæqualitatem ciuiū partim ob principū ambitio-  
 nēq; & auaritiā nō sine tumultu publico uerti posse in apo-  
 stolicam atq; Christianā, in qua oībus oīa sunt cōmunia præ-  
 ter uxores, relicto mūdo secesserunt ē mediō paucis assump-  
 tis fratrib. quos par Christū sequēdi amor habere uidebatur.  
 Migrauerunt igitur ex urbibus populosis quibusque in-  
 loca inhospita & inculta, satius fore rati, uitam agere inter  
 fr̄s Christiano more custodito q̄ neglecto inter homines at-  
 que mihi opera manuaria uictum qualemcūq; in commune  
 parauerunt, nihil prius habentes fraterna charitate & ob-  
 seruatione præceptorum Christi. Hodie quomodo uiuatur in  
 monasterijs plerisque deus nouit neque latet homines. Certē

- CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

1. Cor. 3. inter monachos nostri seculi sanctissimus habetur, qui pignissimus. Video istis accidere, quod quondam contentiosus atq; carnalibus adhuc Corinthijs euenisse Paulus prodit. Nam quem admodum illi dicebant, ego sum Pauli, ego sum Appollo, ego sum Cephe, ita monachi nostrates gloriabundi, ego sum Frascisci, ego sum Domini, ego sum Augustini. certantes inter se atque digladiantes de principatu sanctimonie. At homo Christianus tam speciosis tot professionum titulis non inuidebit, sed alacri et lato et constanti animo dicet, ego sum Christi, neque aliam professionem, religionemq; noui quam Christi nam. Si igitur uel mundus ipsum, uel ipse mundum ferre non poterit, statuetq; secedere aliquo, quem admodum haud dubie fugiendo mala multa declinamus, non alio uiuet instituto in solitudine quam uixit in populo, gnarus tamen quantum sibi deperit sit de presentium certaminum periculis, tantum quoque decessurum de futuris premijs, tantum abesse debet, ut uel cristas erigat uel uicisse se aut ceteris antecellere putet. Solitudo non addit sanctimoniam, neque fortium est fugere pericula, sed infirmorum. Ob id pie et religiose creditur, eos qui in monasterijs ociosi CHRISTO seruiunt, minus manere mercedis quam qui in mundo Christiane uiuunt, Nam ubi minus certaminum, ibi minus quoque premiorum. Vbi ubi tamen uixerit homo CHRISTIANVS, Christo uiuet, nusquam non uigilans dominicorum custos preceptorum, nunquam etiam non memoretur cum Christo in baptismo foederis, nunquam non uolens a quo quod et ipse Christo et Christus ipsi sponderit. In primis tamen iug uersabit memoria, se coelestis reipublice ciue esse designatum, et idcirco Satane et regno suo ac principatu mundano, sapientieque renuicisse. Etenim sapientia mundi huius nihil aliud

est quam sapientia diaboli, Hæc si quis nosse cupiat exactius  
 is eorum, qui præsumunt huic mundo dicta et facta examinet  
 profecto per opulentissimos atq; potentissimos quosq; uelut  
 organa potissimum agit & sapientiam suam exerit Satanas,  
 quem admodum & Christus per pauperes & humiles & in  
 firmos & stultos uirtutem crucis. Vnde Paulus, Si quis, inq; 1. Corin. 3  
 uidetur sapiens esse inter uos in hoc seculo, stultus fiat, ut sit  
 sapiens. Etenim sapientia mundi huius, stultitia est apud De-  
 um. Hæc expendens homo CHRISTIANVS, mundo sapien-  
 tiam & opulentiam suam relinquet, haud illibenter egens  
 & stultescens cum Christo. Vita Christi, uiuendi regula Chri-  
 stianis est. Quapropter qui ditescere uolunt & regnare in  
 hoc mundo, hi licet & baptizati sint & caerimoniarum te-  
 se nõ esse discipulos Christi, q; prudens & marsupium & rei  
 pecuniarie curã atq; custodiam Iudæ comisit, furi uidelicet  
 & pditionis filio impuris & perituris quæstibus inhianti, et  
 uocatus ad regie dignitatis fastigiũ fugit, regnũ ipsius haud  
 esse de hoc mundo palam testificans. Si immortales nascere-  
 mur, optimum sane foret factis, ut quidquid possemus ter-  
 renæ felicitatis nobis per æqua per iniqua congereremus.  
 Nunc uero quando peregrini sumus in his terris & pexi-  
 gi temporis hospites, quæ malum dementia est, his inuigi-  
 lando tempus perdere, quæ & uiuentibus ferè quietem &  
 morientibus salutem omnem adimunt. Non est enim eiusdem  
 hominis in terris pariter & in cœlis regnare. Non est  
 eiusdem hominis terrenis pariter & cœlestibus præstare  
 diuitijs. Non est eiusdem hominis uoluptatibus mudi pariter  
 atq; cœlorum potiri gaudijs, Vnde præclare Hieronymus, Hierony.



CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM

Hiero,

Difficile, inquit, immo impossibile est, ut & presentibus quibus  
 & futuris fruatur bonis, ut & hic uentrem & ibi mentem  
 impleat, ut de delicijs transeat ad delicias, ut in utroque seculi  
 lo primus sit, ut in caelo & in terra appareat gloriosus. Hac  
 ille. In summa, aut Christiane uiuendum nobis est aut impie  
 moriendum. Breue quidem tempus est, quo uiuimus, uerum si pru-  
 denter dispensetur, ad bene uiuendum abunde longum. Ne-  
 mo autem bonas horas melius collocauerit, nemo tempus dispen-  
 sauerit foelicius quam qui despecto mundo cum suis nugis & ino-  
 eptijs quicquid est huius mortalis aui, totum in obediendis Chri-  
 sti praeceptis exegerit. Ad huius uero rei studium nihil tam acuit  
 mentes mortalium quam & baptismi & mortis iugis, quem  
 admodum diximus, & frequens memoria. Baptismus docet  
 quid facere nos oporteat. Mors cum calcem pungit ac stimulum  
 lat, ne per securitatem & somnolentiam bene peragenda rei  
 amittatur occasio. Mihi sane horrescere animus atque totum  
 corpus ex intimis medullis contremiscere solet, quoties mortis  
 memoria subit & simul in uitam priorem tam securitatem & ne-  
 gligenter actam retrospexero. Etenim ut meam ipsius nudam  
 insipientiam, istorum factionis sui, qui summum bonum ter-  
 nis bonis aestimant. Nam in patria mea CHRISTIANISSIMVS  
 putatur qui est opulentissimus, eamque ob causam homines  
 uel apud ethnicos infames, nimirum stabularij, tabernacu-  
 rij, infiores, propolae, mercatores, qui per omnem uitam  
 per terras & flumina sordidi questus gratia uenalem cir-  
 cumferunt animam cum optimi CHRISTIANI numerum  
 quam ferè non summa rerum praesunt. Unde publico ac pri-  
 uato errore decepto accidit ut quum amici mei quondam  
 puero propemodum mihi et orphano hereditatem materia

satis amplam impostura prædulcium uerborum & amici-  
 tæ nomine colorata fraude abstulissent, adultior postea &  
 ætate nonnihil prouectior inconsolabiliter sæpenumero meã  
 uicem deslerem. Præteribat enim me illos iram sibi hoc fla-  
 gitio, mihi gratiam diuinam conciliasse. Laus igitur Deo,  
 qui hoc me pati q̄ facere maluit mali. Hanc tam insignem et  
 omnibus notam iniuriam tulisse me gloriabundus quidem  
 prædico, sed in Christo, cui indignationis quoq; & ultionis  
 modum omnem transcribo, ut si re alia nulla prodero, saltẽ  
 hac ipsa sim posteris exemplo uel imminemis prudentius ca-  
 uende uel acceptæ iam non grauius quam Christiano con-  
 gruit patiendæ iniuriæ. Hæc eò ascripserim, ut homines, qui  
 bus uerus & syncerus Christianismus cordi est, non in diui-  
 tijs quolibet modo partis, sed in cruce domini nostri Iesu  
 Christi gloriari discant. Video enim recepti iam esse moris  
 apud eos, qui uel primi sunt in ecclesia uel inter primos rea-  
 ligione Christiana turgent, ut oppressis ui & fraude paupe-  
 ribus, circumscriptis pupillis & orphanis, deprædatis &  
 spoliatis innocentissimis quibusq; fratribus atq; Christi mem-  
 bris deo tandem felicitatem suam referant acceptam, dicen-  
 tes, Benedictus dominus, quia diuites facti sumus, quasi ue-  
 ro inter ius & uim, inter æquitatem & fraudem, inter dei  
 gratiam & artificium Satanae nihil intersit. Ob hos et alios  
 æque impios & plus quàm gentiles mundi mores consultis-  
 simum esse debet piæ mentis mortalibus, ut uel maturè su-  
 grant de medio Babylonis, quemadmodum propheta quoq;  
 consultit uel si aliter uisum fuerit, haud ignari sortis futuræ, Zacha. 11.  
 uim & iniuriam omnem pro Christo generose perferant. Hiere. 18.  
 Et profectò satius est nihil non malorum sustinere nos præ

CHRISTIANARVM INSTITVTIONVM.


ceptis Christi seruatis quàm transgressis uel exquisitissimis  
huius mundi frui delicijs. Hoc. n. tandē pacto, ut mea fert opi  
nio, adiutrice gratia diuina sordibus mundanis declinatis  
& sacramento baptismatis potissimum satis facturi sumus  
& leta mente atq; conscientia tranquilla, quod proprium  
hominum Christianorum est, morituri.



## ERRATA.

Folio 1. Arristippus, lege Aristippus. fol. 6: linea. 5.  
 dum, lege tum. folio 9. facie. 2. lege perchare, et ifra,  
 cupiens. fol. 10. facie. 1. p̄finitus. eodem. fol. facie, 2.  
 linea. 6. gratiamq; . fol. 11. facie. 2. linea. 6. lege fota.  
 fol. 13. fa: 2. linea. 18. cupiditatibus. fol. 17. fa: 1. linea  
 19. poscimus. et ifra delicijs. et facie. 2. fo. 21. amœna  
 et infra. Christus. fol. 18. fa. 1. Apelles. et fa: secunda.  
 li: 4. Festiuè. fol. 19. fa: 2. li: 2. mundi. fo. 20. fa: 2. li: 19  
 in p̄sens. fol. 21. fa. 2. li: 18. lege. M. CCCC. quinqu  
 gelimo. fol. 22. fa: 1. li. 2. πρὸς et facie. 2. linea indomi  
 tarum. fol. 24. fa. 2. li. 35. εἰς. fol. 26. fa. 1. li. 25. sancti  
 fo. 27. fa. 1. li. 21. Mytilençi. et inferius paulo, habito  
 et facie. 2. linea. 22. Bonum est. fol. 28. fa. 2. li. 1. excep  
 tos et infra linea. 14. καὶ ἵα et 23. sui. fol. 29. facie. 1.  
 linea. 1. Christianis. fol. 30. fa. 2. li. 19. reperias fol. 33.  
 fa: 2. li. 25. munitus. et infra penultima. certaminis  
 fol. 34. fa. 1. li. 25. certatores. fol. 35. fa. 1. li. 1. ut præce  
 ptis. fol. 36. fa. 1. li: 7. eiusq; . fol. 37. fa: 1. li. 16. arte. fol.  
 42. fa. 2. li. 27. pastoribus. fol. 43. fa. 2. li. 9. diligenter.  
 et infra, ecclesiasticę. fol. 52. fa. 1. li: ultima. gentibus.  
 fol. 53. fa. 2. li. postrema. ueritatis. fol. 54. fa. 2. li. 5. A  
 tridã. fol. 57. fa. 1. li. 16. tamen. fol. 58. fa. 2. li. 22. θυσίαι  
 fol. 59. fa. 1. statim post lineam postream, ista uer  
 ba sequi debent, purè Christiani, ut quotidie faces  
 sens cubitum priusquam obdor. fol. 65. fa. 1. li. 28.  
 constabit. et facie 2. li. 18. uirtute. fol. 67. fa. 2. li: 16,  
 ecclesiasticas. et li. 24. cauponationibus. fol. 68. fa. 1  
 li. 5. cruciatibus. et infra li: 13. euanescat. et fa. 2. li. 6.  
 inficiam. et linea. 14. mundo. fol. 72. fa. 2. li. 14. agie  
 reum. et li. 26. impatièter. fol. 65. facie. 2. li. 1: εἶθ . fol.  
 73. fa. 2. linea ultima, œconomum. fol. 91. fa. 1. li. 11.  
 Traianum. fol. 92. fa. 2. li. 3. eum. fol. 98. fa. 2. li. 1. ciu

et li. 23. effossisset statim infra. li. 24. omni. fol. 100. fa.  
.1. li. 3. uicia. et fa. 2. li. postrema, pauperes. fol. 106. fa.  
.2. li. 13. constitutionum. fol. 122. fa. 1. li. 19. iniquitas  
menq;. fol. 136. fa. 1. li. 6. pontificibus. fol. 136. fa. 2.  
li. 13. susceptq;. fol. 140. fa. 2. li. postrema, uectiga.  
Ad cetera, maximè Græca conuiueatur oportet,  
donec parentur emendatiora.





1002972

OCN 1190998534

